

LIBER SEXTVS

278

DE LUXATIONE CVM

fractura facta. Cap. CXXII.

AT si luxatio sine ulcere cum fractura euenerit,
communi intentione & per manus conformas
tione utendum est, ut in simplicibus fracturis do
cuimus: cum ulcere autem rursus, ex fracturis cum exul
eratione & luxationibus priuatum expositis, congruam
administrationem petemus.

P A Y L I R E G I N E T A E

LIBER SEPTIMVS,

Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete,

DE TEMPERAMENTIS, Q V A

per gustatus qualitates deprehendun
tur. Cap. I.



E SENSILIVM COR

porum temperamento, coniectu
ram ex odoratu aliquam sume
re, haud est securum. Nam inos
dora, substantiis crassa, quidem
sunt, sed non ita constat quo sint
calore, & frigiditate praedita: odo
ra uero, & tenuia quodammodo

sunt & calida, sed quatenus id sint, ne uitiam ostend
itur, quod substantiam habeant inaequalem. Mulus

ad huc minus ex coloribus exacte quid licet colo
rigere, cum in singulis calida, frigida, humida &
sicca reperiatur. Verum in gustatu omnes simili
ter particulae corporum gustabilium, ut hoc uocas
buli usurpem, linguae obiciuntur, sensuque mos
uent, ut manifesto ex ipso quoque temperamento

rumpire vires deprehendamus. Quod igitur astringit, cons
trahere, obturare, densare, repellere, intrassare, atq

PAVLI AEGINETA

ante hæc omnia , refrigerare , siccariq; est idoneum.
Acidum, incidere, dividere, extenuare, aperire, & perput-
gare circa calefactionem potest. Acne , similem acidu-
m effectum præstat, extenuando purgando q;, sed acidum
refrigerando euariat: acre, calefaciendo: præterea illud

Impres-
sum hēt
Exps' ars'

repellit, hoc attrahit, dissipat, *rumpit, crustas inducit.
Parimodo etiam amarum meatus expurgat, abstergit,
extenuat, incidit succorum spissitudinem, sine calore ma-
nifesto. A quo sum frigidum incrassat, cogit, contrahit,
obturat, mortem stuporem q; inducit. Sallum contrahit,
stringit, consumit, siccatur, circa insignem caliditatem frigi-
ditatemve. Dulce laxat, cōcoquit, emolit, rarefacit, oleo
sum humectat, emolit & laxat.

DE ORDINE ET INTERVAL lo temperamentorum. Cap. II.

Moderatum sane medicamentum ita ut tempes-
tatura ei respondeat cui admouetur, inde quod
nec siccet, nec humectet, nec refrigeret, nec cales-
faciat, ipsum neque siccum, neque humidum, neque fri-
gidum, neque calidum, nominare conuenit. Q uod au-
tem siccus est, aut humidius, aut calidius, aut frigidius,
à præpollente appellatur facultate. Præstat autem in
unoquoque excessu, quatuor, quantum ad usum spectat
ordines statuisse: calidum quidem nominates in primo
ordine quod utique nos calefacit, sed non euidenter, ut
illius rationali quadam demonstratione indigat. Simili-
ratione, frigidum, & siccum, & humidum, quodcunque
demonstrationem requirat, nondum actionem validam
evidenter q; sortitum. At quæ manifesto iam siccare
uel humectare vел calefacere vел refrigerare possunt, ad
secundum huiusmodi ordinem referentur. quæ ue-
hementer iam sed non summe id faciunt, tertio annu-
merantur, quæ vero sic calefaciunt ut crustas inducant,
quarti sunt ordinis . similiter quæ refrigerant, ita ut mor-
tis habitum concilient, hæc quoque ad quartum reles-
gantur. Porro siccus medicamentum nullum est ins-

uenire quarti ordinis, si non urat. Nam si quod summe
exiccat, id plane urit: huius notæ sunt, chalciis, misy &
calx. Terii uero ordinis siccantium potest aliquod esse
etiam non urens, quemadmodum quæ uehementer as-
tringunt omnia, è quorum numero est omphacium,
thus & alumnen.

DE PARTICULARIV M SIMO

plicum medicamentorum facultati-
bus. Cap. III.

ABRO TAN V M.

A Brotanum & calefacit & siccatur in tertio abscessu
suum, digerendi incidentijs facultate præditum,
modice uero astringit, totijs corpori cum oleo
inficatum, rigores circuitu remeantes persanat, stoma-
cho minus amicum est, crematum maiores in siccando
uires acquirit, quam quod ignera non est experum. Ca-
pillorum defluvia quas alopecias uocant cu[m] tenui quo-
dam oleo inunctum explet.

A G A L L O C H V M.

Agallochum lignum est qd adhuehitur ex India thyæ
ligno simile, odoratum, Mansum animæ suavitatem co-
mendat. Item in suffitum adhibetur. Radix eius pota
denarii pondere, languidum ex humore uenriculum, re-
solutumq; confirmat. Ad haec icinorosis, dysentericas,
pleuriticis; optimatur.

A G A R I C V M.

Agaricum radix est ex arborum truncis prognata, coro-
pore fungoso, quæ ex aria terrestriq; substantia coalue-
rit, uis eius est digerere crassos humores & incidere.
Vnde etiam uiscerum maxime obstructionibus purgari
do medetur.

A G E R A T O N.

Ageraton uim habet digerendi, & præter id inflammas-
tionem leniter arcit.

A G N V S, Q V I V I T E X D I C I T V R,

PAVLI AEGINETÆ

Vtex, qui Græce agnus uel lygos appellatur, in tertio
ordine tum calefacit tum siccatur, substâta tenuis est, eoq;
flatus abolet, castitati conseruandæ facere creditur, non
modo commanducatus potus q; uerum etiam in cubi-
tum substratus, lemen ipsius facit iecori ob structo lies-
niq; potum, frictus autem uitex minus inflat, & faci-
le digeritur.

AGROSTIS, GRAMEN.

Gramen Parnassi maxime utile est, siccatur, modice re-
frigerat, tenuis substantia & subacetabæ: eoq; uulnera
ra cruenta glutinat, decoctum eius uescit calculos
confringit.

ANCHUSÆ, QVATVOR.

Quatuor sunt anchusæ, non eiusdem omnes facultas-
tis. Nam onocæ appellaæ radix astringendi uim has-
bet & quiddam subamatum, ad lienis renumq; dolor-
es efficax, itidem cum polenta illita erysipelatis succur-
rit, folia autem minus radice refrigerat desificantq;, hinc
ad alui profluuiu[m] bibuntur. Quæ dicitur lycopsis, astrin-
gens quodammodo efficacius, similiter erysipelatis con-
uenit. Onochelos uero seu Alcibiadios nuncupata mes-
dicacion quodammodo, uiperatum, moribus succurrat
in cibo potuq; & aligato. Quarta omnibus alijs breui-
or, sine nomine propermodum, maiore quam Alcibias-
dijs, amaritudine donata; latiss alui lumbricis instar ace-
tabuli pota benefacit.

A D A R C E.

Adarce uelutis puma quædam est aquæ salisæ in cremi-
is & arundinibus concreta, tantum uero acrimoniaz has-
bet & caloris ut exire sectus cù aliis imposta fete urat:
intro eam assumere nulli licet.

A DIANTVM.

Andiantum siccatur, extennat, & modice discutit, calore
ac frigiditate medium est: Alopetiis igitur medetur, tu[is]
mores digerit, calculos potu confringit, reiectiones pul-
monis deliccat, alui profluuium fistit.

AIZOON.

Aizoon duplex est, maius & minus: utrumq[ue] refrigerat
ex tertio abscissu, desiccatur autem astringitq[ue]; mediocri-
ter. Idem ualeat erysipelatis, & ad herpetas inflammatio-
nesq[ue], ex fluxione concitatas conuenit.

AETONYCHON.

De Aetonycho in capite de lapidibus retractabitur.

ATHERA.

Athera pulicula est sorbilis ezea in tenuissimum pollis
linem redacta, aut è trito confecta, infantibus accom-
modatur. Item cataplasmatis uice illinitur.

ÆGILOPS.

Aegilops discutendis facultate praedita est, unde etiam
indurentibus inflammationibus & ægilopi quæ oculi
lorum fistula est, opitulatur.

AEGIR OS, POPVL VS NIGRA
Populus nigra in primo ordine calefacit, modice siccatur,
& tenuis est substantia, cuius folia cum aceto illita poda
gricos dolores sopiunt, Quæ uero ex ea distillat resina,
floribus calidior miscetur acropis et malagmatis, fructus
cum aceto potus comitalibus auxillatur.

AEDAEO N, HOC EST, PVDEN
dum, masculi cerui.

Pudendum cerui masculi tritum atque ex uino potū,
uiperarum morsibus subuenit, miscetur autem compo-
sitū facultatibus.

AETHALE, FVLIGO THVRIS.
Aethale et lygnys in litera L, exponetur.

AETHIOPIS.

Aethiopis similia uerba co habet folia, radicis decoctū,
potū datur ischiadicis, pleuriticis et sanguinem excreantib-
us, item fauicum asperitates cum melle lenit.

AIMA, SANGVIS.

Sanguis frigidus nullus est, uerum suillus, humidior, et
minus calid, humano maxime temperamento similiis.
Columbarum uero, palumbi & turturis, tēperatus quoq[ue]

PAVLI AEGINETA

dammodo, oculorum liuores ex iētu, hyposphagmata dicunt, medicatur, si calidus infilletur. Item crassiori cerebri membranæ infusus, in his quorum calua perforata est inflammationem arcet. Noctuæ sanguis cum uino aut aqua potus, spirandi difficultatem adiuuat. Vespertilionum, uirginum mamillas tuetur, & pilorum incrementa illatum prohibere dicunt. Similiter sanguis ranarum, chamaeleontis, & rincorum qui in canibus hærentes inueniuntur, sanguis facit. Galenus autem hæc facta rei experimento falsa esse promuntat. Capraram vero siccitatis nomine aquas cutem subeuntes cum melle potus iuuat, renuncij; calculos conterit. Gallinarum cohortalium sanguinis & cerebri membrana profluua coercent. Agnitus comitalibus prodest: hoedius nuper coagulatus circa heminæ dimidium cum pari aceto contra cruentas pectoris excretiones bibitur. Ursorum, sylvestrum caprarum, hyrcorum & taurorum, abscessus maturare fertur. Terrestris crocodili, oculorum claritatè efficit. Equorum admissariorum septicis miscentur facultatibus. At antidotum ex sanguinibus, in lethalia medicamenta efficax est. Item ahatis, hoedi & anseris, in antidota miscentur.

AERA, LOLIVM.

Lolium calore & siccitate ad tertium ferè ordinem pertingit, iridi facultate simile.

ACACALIS.

Acacalis fruticis, in Aegypto nascentis fructus est, cuius dilutum collyris claritati oculorum efficacibus miscetur.

ACACIA.

Acacia tertii quidem desiccantium ordinis est, primi vetero refrigerantum, at si elota fuerit, secundi. Est autem acerba & terrestris.

ACALYPHE, QVÆ VRTIS.

ca latinis dicitur.

Vrticae & fructus & folia tenuem habent substantiam, citraq;

citraq; rofionem siccant, tumores discutunt, abstergent,
uentrem subducunt, mediocriter flatulenta, quare etiam
ad uenerem incitant.

ACANTHVS.

¶ Acanthum alii à nigro colore foliorum melanphyllō
appellant, alii pr̄derotē, quis eius est discutere & siccare.

ACANTHIVM.

Acanthium tenui calidaq; natura pr̄ditum, conuulsis
auxiliatur.

ACANTHA LEVCE, QVAE

Spina alba Latinis nuncupatur.

Spina alba radicem siccantem & modice astringentem
obtinet, eoq; & stomachicis, & sanguinē expuentibus;

dentiumq; doloribus succurrit: semen tenue calidumq;
est, qua uī conuulsioni quoque medetur.

ACANTHA, ID EST, SPINA

ægyptia, uel arabica.

Spina Aegyptia, secundum alias Arabica, astringit siccā
catq; impense, unde & sanguinem, & alias de fluxio
nes retinet.

ACINVS.

Acinus octimo similis, mediocres astringendi uires has
bet, ideoq; alum & menseis pota sistic, illa uero pas
nos & sacros ignes persanat.

ACONITVM.

Aconitum, quod quidem pardalianches dicitur, ex ea
dentem lethalem q; uim habet, quam ob causam intro
non assumitur: extrinsecus tamet in carnibus quas exea
di oporteat, ut licet quod uero à lupis lycoctonon dici
tur, similes priori uires fortitudi, prluatum lupos, ut ille
hui pantheras enecat.

ACORONIA

Acoron in tertio abscessu calefact & desiccatur, radice
ipsius ad ciendam urinam, ienemque induratum uis
tum: ceterum membranæ oculorum, ob cornus simis
litudinem ceratoidis dictæ, crassitudinem extenuat.

PAV. ÆGIN.

NN

PAVLIMÆGINE TÆBLI

ACRIDES, LOCUSTÆ.
Locustæ urinæ angustiis præstigmæ; mulierum suffici
prosunt. At quæ alii caret, contra scorpionis morsus cū
vino salutariter bibitur.

ACTE, HOC EST, SAMBV
eus, & chamæacte, id est, ebulus.
Sambucus, & magnus, & ebulus, qui chamæacte dicitur,
quasi humilis lanibucus, uterque deficendi faculta
tem obtinet, modice digerit & conglutinat, potus autem
& manducatus, aquam per aluum educit.

ALIS, SAL.
Sal quilibet uim habet uehementer siccum & astringens,
unde quicquid in corporibus humidum est, id oœ
depascit, reliquum astrictione confirmat, leuiteq; cõtra
hit, *qua ratione ad falsamenta omnia adhibetur, putre
dinemq; arcti crenatus uero sal magis discutit.

ALTHÆA.

Althæa seu ebiscus species est maluæ sylvestris, uis eius
discutit, laxat inflammationem abigit, lenit, & phymata
concoquit, radix autem & semen reliqua sane intensa ha
bet, uerum *exterit utiligines abstergitq; præcipue autem
seniles calculos, quoq; confringit.

ALIMON.

Alimon dissimilarium partium est, salsum gustu & leui
ter astringens, maxima ipsius pars calore temperata
cum humiditate insuperabilis est, & lactis ubertatem
conuult.

* Græce
est d'æcis,
nimirum
depraua
rum, pro
p'æcis, id
est ruptu
ris sic eni
habet Dio
scorides.

ALCIONIVM.

Alcyonia genera omnia quidem abstergunt, discutiuntq;
acti qualitate prædicta, sed milesium (est autem uermis
culum purpureumq;) cæteris præstat: quare combus
tum, pilorum defluuit, quæ alopecia dicuntur, impedit

genes, utiliginesq; abstergit. Porro quod in superficie
leuorem habet & uehementer acre est, non mo-
do abstergit, uerum etiam excoriat. Postremo,
quod lanis succidis responderet, omnium est, imbe-
cillimum.

A L M E, Q VÆ M V R I A qm V
ni zoxil ois D I C I T V R noco solo minib
Murla nulli alteri mixta substantiae similes habet saltui
res, sed imbecilliores aqua temperata; at salforum pi-
10 scium oliuarumq; columbadum mutia ualentius absté-
git, contra intestinorum tormina & coxendicum dolo-
res clystere iniicitur.

A L O E. Aloe calefacit in primo, ficit in tertio ordine, stoma-
cho etiam amica est, abstergit dissipatq; aluum subdu-
cit, lota uero minus detergit, sed stomacho gratior
est, inflammationem prohibet, & ulceribus cicatricem
inducit, præsertim sedem & natura infestantibus.

A L O S A N T H O S, ID EST,
20 salis flos.
Flos salis liquidum est medicamentum sale concreta-
to tenuius, acre, & satis digerens.

A L O S A C H N E, ID EST,
salis spuma.
Salis spuma lanugo salis pumosa est, tenuior quidem
illo magisq; discutiens, sed minus contrahit.

A L S I N E, ID EST, AV
cula muris.
Alsine, quam alii muris auriculâ vocant, uim habet hel-
ixinæ similem que refrigerat huic etatq; quapropter ad
feruentes inflammationes contentit.

A L Y P O N. Alypæ semen bilem atrem per inferiora purgat pari epi-
thymo mensura sumptum cum sale & aceto, ueruntas
35 men intestina leniter exulcerat.

A L Y S S O N.

NN ii

Alysson quod à cane rabido morbos iuuet, sic appellastum est, cæterum siccatoria, discussoria, abstersoriaq; ut præditum, renum meatus aperit, ephelidem, qua; aspera discolorq; cutis est, exterit.

A L O P E X, ID EST, V V L P E S.
Vulpes uitia aut mortua, tota in oleo decocta, discussum di uim oleo concillat, adeo ut humores alte fixos in tuteum extraheat, hinc articularii in folio eo replete diutius immorati, incipientem quidem affectum, finierunt inueteratum uero moderatorem reddidere.
A M A R A C U S.
Amaracus tertio in ordine calefacit, secundo desiccat.

A M A R A N T Y S, Q VOD EST
Semoll, ambo centarium minus.
Atmarantus extenuat, incidit, mensis cum uino potus educit, sanguinis grumos dissoluit, cū muiso, omneisq; fluxiones desiccat, stomacho inimicus.
A M B R O S I A, Q VAE R O M A
Ambrosia emplasti modo imposita uim habet astrinxendendi, reprimendi, retundendi.

A M I.
Ami ad tertium calefacentium siccantiumq; ordinem refertur, tenue, discussio, & urinæ mouendæ efficax, sed men ipsius longe utilissimum est.

A M I A N T V S, L A P I S.
Amiantus lapis in Cypro nascitur alumini scisto similis, qui in ignem coniectus accenditur quidem inflammaturq; sed non comburitur, utuntur eo nonnulli in descantibus psilothrīs.

A M M O S, ID EST, A R E N A.
Arenalitorum maris affatim desiccat, cādens feruensq; sole aquas subter cutem exiccat, corporibus hydropticis in ea coopertis: torretur eadem ad siccā fomenta in salis & milii uicem.

L I B E R S E P T I M U S. 283

A M M O N I A C U M T H Y M I A M A,
quod Latinis ammoniacum suffumen,
& ammoniaci gutta dicitur.

A M M O N I A C U M T H Y M I A M A,
liquor est tanta molliendi
virtute præditus, ut scitros & topbos discutiat.

A M V R C A.

Amurca secundi calefacientium siccantiumq; ordinis
est, eiusq; intensi, siccum enim in aridis corporibus ulceram
curat, in reliquis intendit irritatq;.

A M P E L O P R A S U M , H O C

est, agreste portum.
Ampeloprasum, seu porrum sylvestre acerrimum est ca-
lidissimumq; in summo ordine, quamobrem etiam *exulcerat, inciditq; viscerum meatus recludit, stomacho
inimicum.

A M P E L O S A G R I A , I D E S T ,
utris sylvestris, quæ Latinis labrus
sca quoque dicitur.

Vitis sylvestris racemi & germina ipsa absterget facula-
tate pollent, item nonnulli astringens obtinent.

A M P E L O S H E M E R O S , I D
est, utris sativa.

Vitis sativæ facultas respondet sylvestri, sed imbecil-
ior est.

A M P E L O S L E V C E , I D E S T ,
utris alba, quæ & bryonia dicitur.

Vitis alba, quam & bryoniam & psilothron appellant,
germina sanè seu stomacho grata eduntur, urinæq; cien-
dæ sunt, radix abstergit, tenuis natura & mediocriter cas-
tæ lida, unde fit ut lienes etiam potu consumat, extrinsecus
autem cum fici illata scabiei & lepræ medetur.

A M P E L O S M E L A N A , I D
est, utris nigra.

Vitis nigra, quæ & ipsa bryonia nuncupatur, superiori
consumilis est, nisi quod inefficacior.

A M Y G D A L A ,

NN iii

*Impres-
sum exē-
plar hoc
nō habet
pros. huius

PAVLITÆGINETÆ

Amygdala que quidem amara sunt extenuant, viscosos crassosq; humores altius hærentes meatus reclude do educunt, tum in cutem erumpentes abstergunt: arbor eadem uim repræsentat: at dulcia amygdala moderato calore donata sunt.

A M Y L O N.

Amylon ex puro tritico aqua sub caniculae æstu mace rato conficitur, qua (quam dico) quinque in die mustatur: quum autem tenerimum euaserit, colo traies ta aqua quam superfuderis fuscere siccias reque ad solem oportet protinus ante quam acescat. Cæterum uis eius est refrigerare mediocriter, & sic care, & acria lenire.

A M O M V M.

Amomum acoro uirtute responderet, sed illud quidem siccissus, hoc autem maturat expeditius.

A N A G A L L I S.

Anagallis utraque uim habet abunde abstergentem subcalidam & attractricem nonnullam, ut etiam acus leos euellat, item succus ipsius natibus instillatus cœ put purgar.

A N A G Y R I S.

Anagyris frutex est grauis odoris acrisq; calefacit & dis scutit, semen tenuius, & uomitu ciendo est.

A N D R A C H N E, H O C E S T,

portulaca.
Portulaca tertio quidem abscessu refrigerat, secundo autem humectat, qua de re etiam causone laborantes uentriculo imposita iuuat, & fluxiones repellit, lente re suo dentium stuporem ex acidis contraquam corrigit: ob astrictionem, & intestinorum tortuina, & sanguinis profluvia coeret.

A N D R O S Æ M O N, I D E S T,

humani sanguinis herba.

Androsæm duplex genus est, alterum ascyrhon uel ascyrhoïdes nominatur specie hyperici alterum dionys

fias fructus ipsorum purgat, folia aut̄ magis desiccant.

ANDROSARCE S.

Androsarces amara acrisq; herba est, uis eius est discute
re & desiccare: potum tum ipsa, tum fructus ipsius urinam
5 promouet.

ANEMONE M. A N E M O N Ā.

Anemone omnes uirū habent acrem abstersionamq;, item extrahendi & oris usorum recludendis idoneam
qua pituitam p̄ os purgant, lepras tollunt appositu, &
lactis faciunt libertatem.

ANETHUM. A N E T H V M.

Anethum calefacit in secundo ordine intenso, siccatur pa-
lo remissius, quod in oleo excoctum digerit, dolorem
sopit, somnū conciliat, & crudos tumores maturat, ustū
15 tertii calefacientū siccantiumq; ordinis efficitur, humen
tibus ulceribus utiliter illinitur: uiride quoniā humidius
minusq; calidum est, non ita maturat.

ANTHILLIS. A N T H Y L L I S.

Anthyllis duplex quidem est, sed utraq; ulcera perfici-
cat, quae chamepity responderet, tenuior est, quare etiam
20 comitalibus competit, ceterum efficacius eadem
abstergit.

ANISVM.

Anisi semen acrius est, in tertio abscessu calefaciens sic-
cansq; hinc utiq; & urinam mouet & fatus discutit.

ANTIRRHINON VEL

anarrhinon.

Antirrhinon siue anarrhinon per similem inguinaria-
rum obtinet sed minus efficaciem, atq; ex illo hoc quo-
30 que cognoscet.

ANONIS VEL ONONIS.

Anonis siue ononis calida facultate est, p̄sertimq; eius
radix cuius succus cum uino potus urinam ducit, calcu-
los conterit, crustas rumpit & dentes mitigat.

APARINE.

Aparine, quam alii philanthropon, alii omphacocarpon
NN iiii

PAVLITÆGINETÆ

appellant, modice abstergit & desiccatur, item tenuis quam
piam in se continet.

APIOS, QVAM LATINI PI-
rum domesticam appellant.

Apios temperatura inæqualis est, terrestre aliud sortita,
aliud aquosum, ob quod manducata stomachum iuuat
fistumq; arctet, illita uero siccatur refrigeratq; mediocriter.

APOCYNON VEL CYNO-
crambe, id est, canina brasica.

Apocynon ceu cynocrambe, dicitur autem & cynomo-
ron quod celerrime canes enecet, eademq; ui maleficis
um & lethalis homini est, sed admodum odoris est,
& calida circa siccitatem, unde etiam digerendi facultas
tem illita representat.

APOCHYMA VEL ZOPISSA

Apochyma pix est uetus quæ à nauigii, deraditur, tu-
mores diffundit, siccatur & discutitur.

ARACHNE, ID EST, ARANEVS.

Araneus in emplastrum emollitus impositusq; fronti et
temporibus tertianatum febrium circuitus finit, ut Dio-
scorides memoriae mandauit, tela ipsius applicata san-
guinis fluores sistit, & ulceræ in summa cute ab inflam-
mationibus tueretur.

ARGEMONE.

Argemonæ facultas est abstergere simul & discutere.

ARISARVM.

Arisarum multo breuius est aro, acriusq; radicē oliuæ
magnitudine obtinet.

ARISTOLOCHIA, QVOD

latini malum terræ dicunt.

Aristolochia omnis calida, tenuis, abstergens, amara, &
subacris, ad medicinas utilissima, at rotunda, tenuior &
in omnibus efficacior est, clematitis odorata quidē sed
imbecillior, longa uero præter alia, media harum est sed
non minus calida, quam rotunda.

35

ARCEVTHOS, HOC EST, IV
Juniperus.

Juniperus calefacit & siccatur in tertio ordine, fructus autem calefacit quidem similiter, sed in primo gradu siccatur.

A R C I O N.

Arcion siue prosopites folia habet cucurbitis malora, durioraque; discutit quidem siccatur & astringitur, quapropter & folia ipsius uetusta ulcera persanant.

A R C T I O N.

¹⁰ Arction uerbasco simile est, radicem habet teneram, caseum didam, & dulcem, uis eius est tenuis, siccans, & medios criter astringens.

A R M E N I A C U M.

¹⁵ Armeniacus lapis uim habet abstersoriam simul cum modica acrimonie & minore astrictione, hinc etiam oculariis facultatibus miscetur, & alendis palpebrarum pilis usum habet.

A R N A B O.

²⁰ Arnabo ex aromatis habetur, ob quod unguentis potissimum temperatur, calida siccatur, potentia praeditum in tertio ordinis, casiae & capersio simile, unde Posidonius ubi cinamomi copia non datur, hoc utendum esse censem.

A R N O G L O S S U M, I D E S T,

²⁵ plantago.

Plantago refrigerat pariter & desiccatur in abscessu secundo, temperatur ex aqua & terrestri substantia, cui etiam astrictoris non nihil adsit, quo nomine ad maligna ulcera, fluxiones, putredinesque accommodata est, temperamenti moderatione, sanguinis quoque profluvia cohobet & plurimis congruit, etenim siccitatis que nequaquam rodit compos est, & frigiditatis que nondum stupore inducit.

A R O N.

³⁰ Aron calore & siccitate primi est ordinis, ex terra estri calida & astringente substantia et hoc generatum, radices

28 PAVLI AEGINETA

ipius calidores sunt, draconculo inferiores.

A R S E N I C U M, Q V O D A V R I,

pigmentum Latine dicitur.

Arsenici uis est cauifica, utuntur eo & in pilis abolendis,
quod si cui diutius adhaeserit, eam ipsam depascit, usu
uero tenuius redditur.

A R T E M I S I A.

Artemisia utraque secundo in ordine calefacit, siccata in
primo, tenuis adeo substantia est ut renum calculos
communiat, & uteri fomentis recte accommodetur.

A R T O S, I D E S T, P A N I S.

Panis illitus intensius digerit quam triticum, eeu & salis
& fermenti particeps. Nam ad extrahendum ea quæ al
te hærent fermentum idoneum est.

A S A R V M.

Asarum similem acoro uirtutem habet, sed magis ins
tensam.

A S B O L E, O H C E S T, F V L I S

G O P I C T O R V M.

Fuligo qua pictores utuntur: ex ultravires officinis sumi
tur, uim habet digerentem, adeo q; acrem, ut & urat &
exedat, cæterum adusta cum rosaceo cerato ad cicatri
cem perducit.

* Diosco
rides ^{xxv}
ταχματα
hoc est
rupta.

A S C A L A B O T E S, I D E S T, S T E L
lio transmarinus.

Ascalabotes animal ad reliqua sane inutile est, sed scor
ponium iictibus impositum opitulari ipsum tradunt:
miscetur etiam uehementibus medicinis.

A S C L E P I A S.

Asclepias calida, sicca, & tenuis substantia, tormentibus
cum uino pota competit, uenenatorum autem mortis
bus & maleficis mammorum muliebriumq; locorum
uitis illinitur.

A S C Y R R H O N.

Ascyrrhon in androſamo expositum est.

A S P A L A T H V S.

Aspalathus dissimili constat virtute acri & astringente,
& utraq siccante, idcirco & putredini & fluxionibus u-
lis est.

A S P A R A G V S .

Asparagus petraeus, aut myacanthinus abstergit utique,
sed calore & frigiditate medius est, renes & iecur obo-
structa recludit, præsertimq; radices & semen, Item den-
tium doloribus medetur.

A S P L E N O N .

Asplenon tenue quidem est uirtute, nō tamen calidum,
hac utique ratione & calculos constringit, & lienes con-
sumit.

A S T A P H I S , I D E S T , V V A

passa, quæ staphis etiam dicitur.

Astaphis domestica concoquit simul & astringit, & leui-
ter discutit, sylvestris autem acris adeo est, ut pituita per
os educat, & uehementer absterget.

A S T E R A T T I C V S , S I V E

inguinalis herba,

Aster atticus, quam alii herbam inguinalem uocant, ob
hoc ipsum quod non tantum emplasti modo impo-
ta, uerum adalligata etiam bubonibus prodelle creditus
mixta est uirtutis, digerentis & refrigeratoria.

A S T R A G A L V S .

Astragalus frutex est exiguus cuius radices astringunt,
ipse non ignauiter desiccat, ulcera itaq; uerista ad cica-
tricem perducit, & album fluentem radix in uino pota si-
fit: plurimus in Phœneo Arcadiæ nascitur.

A S P H A L T V S , B I T V M E N .

Bitumen siccatur calefacitq; in ordine secundo, quare uo-
cera cruenta glutinat.

A S P H O D E L V S , Q V A E H A

stula regia dicitur Latinis

Aspodeli radix uim habet detergentem discutientemq;
concrematæ autem ipsius eius calidior, siccor & tenui-
or euadit, quo fit ut pilorum defluuiis medeat.

A T R A C T Y L I S , Q V A M R O

mani orcitunicam dicunt,

PAVLITÆGINETA

Atractylis seu enicum sylvestre ex spinosorum genere
habetur, cui siccante et mediocriter caida.

ATRIPLEX.

Atriplex humectat sanè i secudo, refrigerat in primo or
dine, qua de causa uentrem quoq; emollit: semen ipsius
us ui pollet absteriora unde, i steris ex iocinoris ob
structione accommodatum est.

APHACE.

Aphace lenticulae modo astringit, sed manducata ægris
us concoquitur, ualentius siccatur, mediocriter calefacit.

APHRONITRVM.

Oribasius
Galea
musq; ob
aditum.
Aphroniti uis est discutere et abstergere, ut non solum
sordida exterat, sed etiam pruriui r quippe sanie dis
sipat, medecatur, potum uero stomacho nocet.

APROS, ID EST, SPUMA

MANTRI.

Spuma nitri proximam nitro facultatem obtinet, sed
tenuior substantia, ob quod et leuis, farinæ modo
existit.

ACHRAS, QVOD PIRVM

Pitum agreste eandem piro domestico virtutem habet,
sed magis intensam, quapropter, magnis uulneribus glu
mrandis est.

ABSINTHIVM.

Absinthium calidum primo ab celo est, siccum tertio
astringenti, amara & acri simul donatum qualitate: qua
biliosos in uentriculo humores per aluum & urinas ina
nit, quibus autem pituita redundant, hos propter astrig
tionem nihil iuuat: succus ipsius, herba multo cali
dior est.

Enumeratio eorum quæ à B incipiunt.

BALANVS MYREPSICA,

hoc est, glans unguentaria.

Quæ intram unguenrariam glandem cœu carnosæ sunt,

OMAYDIA YOANTIA

intra

abstergendi incidentiis; cum astrictione vim habent,
eamq; ob causam denarii unius pondere cum mula
pot, facile uomitiones carent, & inferiorem uentrem
subducunt, cum posca uero laxandis exitis accommo-
data sunt, item cutis uitia cum aceto peruneta exterunt.
Cortex alsoquin egregia astringendi uirtute pollet.

B A C C A R I S.

Baccharis odorata est herba similis cinamomo, coros-
taria et acris: huius radicis decoctum meatus obstru-
ctos aperit, urinam et menseis citat, folia ipsius quum
sint astringentia, fluxionibus opitulantur.

B A L A V S T I V M,

Balaustium sylvestris punicæ flos est, ualide astringens,
sicca & frigida facultate præditum, itaque summa: cuo-
tis ulceræ ad cicatricem perducit, & distillationes co-
hibet.

B A L S A M V M.

Balsami, quod velutum lignum est, siccatur & calefacit in se-
cundo ordine, subtilemque habet substantiam, liquor au-
tem multo tenuior est, fructus proxime hunc uirtute ac-
cedit, sed minus tenuis est.

B A L L O T E, M A R R V B I V M
N I G R U M.

Ballote quod alli marrubium nigrum dicunt, acris est
& abstersoriaræ facultatis, impositum cum sale rabidi cas-
tis morsibus medetur.

B A T V S, R V B V S,

Batis fructicosum, abunde abstergit & siccatur, qua de ca-
sa & uulnera committitur, & defluxiones sustinet, radix au-
tem præter astrictionem, non parum etiam subtilis est;
unde renum calculos confringere est idonea, fructus si-
maturus est, magis calefacit, simulque mediocriter abstingo-
git, ac ideo cibo idoneus est, immaturus autem et acer-
bus est et ualide siccatur, præsertim retorridus, Eadem eti-
am flos efficit.

PAVLI AEGINETÆ I.

EATRACHION, RANUNCULUS HERBA.
Ranunculi quatuor sunt genera, omnia excellenter calida, sicca, acria, urentia, adeo ut ulcus cum dolore excitat, quibus si modice utaris, cutis uita tantum exterunt, radix autem arida sternutamentis clyndis est medicamentum.

BATRACHIUM, RANE.
Rane aduersus virulentorum mortis in iuscule coagulatur. Crematarum ranarum cenis maxime siccans reditus, sanguinis eruptions sitit, & capillorum defluuiis cum pice liquida medetur.

BDELLIVM.

Bdellium tu Scythicum tum Arabicum scirros emolit, præsertimq; recentes, Arabicum uero urinæ ciendæ est, calculos comminuit maturatq;.

BETONICA.

Betonica herba est ramulis exilibus puliegio similibus sed tenuioribus, & propemodum si gustes, nullam qualitatem referentibus. Nascitur potissimum locis petrosis, qua & in renum medicinis utuntur. Est autem apud Romanos alia quadam betonica dicta, quam Dioscorides nominat cestron, alii uero psychotrophon, eo quod frigidis locis gaudeat, nihil simile cum prædicta habet, præter actionem: at ultra quod urinam ciet, etiam aliis multis benefacit, potissimumq; radix ipsius, cum hydromelite pota uomitionem mouet, folia autem aliquid subducunt.

BECGIVM, TUSSILAGO.

Tussilago: que Græcis bechion siue bechion inde dicitur, quod tusses recta ceruice spirantes suffici iuuet, constat ex calida aquosaq; substantia, ea ergo de annis, in

BLITVM.

Blitum esculentum olus est, humidum frigidumq; in abscissu secundo.

BVLBV

Bulbus esculētus amari simul et astringentis modice cōpos est, siccatur glutinatq; uulnera, et abstergit. Qui aut uo mitum sit, multo calidiorē uim repræsentat.

BOTRYS.

Botrys, quam alii ambrosiam, alii artemisiā dicunt
planta est insigniter odorata, hæc cum uino pota, subre
cta ceruicem spirantibus quos orthopnoicos appelo
lant, succurrat.

BUBONIVM, INGVINA,

LIS HERBA.

Bubonum in Attico astere dictum est.

BVGLOSSVM, LINGVA BBBVLA.

Buglossum humidū calidumq; temperamento est. eāq; ob causam uino injectum laxitiā animi cōciliare dicitur

BUNIŪ qd̄ alii arctio appellat, calidū est, urinę et mēsibus
educēdīs accōmodatū huic respōdet et pseudobuniū.

BUPRESTIS.

Buprestis animalculum est cantharidi simile, reponitur
itaque sicut et illa.

BUTYRVM.

Butyrum maturat digeritq; mediocriter in teneris cor
poribus, bubones igitur et parotides iuuat, gingiuas ex
tenuat, et p̄sētūm in infantib; dentientib; item
humores ex inflammatione pectori infarctos, linctum
concoquit.

BUPHTHALMON, QVASI

dicas bouis oculum.

Buphtalmon similem habet chamaēlo florem, sed
multo maiorem acieremq; ideo et discutientem, adeo
ut cerato mixtum duritas remolliat.

BRATHY, HERBA SABINA.

Sabina cupresso similis calefacit siccaturq; in tertio ordine
ne, tenuissimaq; est, extenuatq; & digerit pota, tum in plus
tredies cupresso similiter efficax est.

BRITANNICA.

* Oribasi,
us: infan
tiū denti
tiones si
gingiuꝝ
eo illinan
tur, sine
dolore &
mouet.

P A V L I T E G I N E T A

Britannica astringit & conglutinat, sylvestri lapatho specie simili, succus ipsius putredines os infestantes persanat.

B R O M V S, V R E N A.

Auena similem hordeo obtinet facultatem, siccata autem & modice citra corrosionem discutit, iam & nonnullius astrictionis compos est, unde & alii profluuiis subvenit.

B R Y O N I T H A L A S S I O N.

Bryon thalassion refrigerat simul & astringit, eoq; feruentes inflammations illitum adiuuat.

B R Y O N.

Bryon, quod alii sphlanchnon dicunt, in querubus & populis albis, piceisq; inuenitur, distracthendisimul & molliendi uim moderatam obtinet, potissimum quod cedris adhaeret.

B R Y O N I A.

Bryonia dicta est uitis alba.

I N I T I V M L I T E R A E G.

G A L A, L A C.

Lac omne tribus constat substantiis, caseosa, serosa, & pingui, quam copiosissimam bubulum obtinet, unde et butyrum efficitur. Serum ipsius uini habet abstergendi, unde & alium subducit, si ipsum per decoctionem fescernas, id quod caseum refert & crassum est, magis obstruit, atque ideo acrimoniam obtundit: coctum vero lac aut marinis calculis ignitis in ipsum iniecit, aut alio quodam modo, praefens fit remedium aylenteriarum, & acrum in uentrem defluxionum. Ceterum lac totum ad acres oculorum fluores aliasq; acrimonias conducit. At temperatisimum lac, mullebre est mox caprillū, hinc asinum, ouil, uinq; postremo uaccinum.

G A L E, M V S T E L A.

Mustelae concrematae cinis abunde digerit, ex aceto igitur illitus podagricos, & articularios dolores: iuuat inas-
tefa &

refacta autem inueterataque mustela comitialibus auxiliatur.

GALION.

Galion à coagulando latte dictum est, aparinae simile, siccandi uirum, mediocremq; acrimoniam habet: flos eius ad sanguinis ex haribus eruptiones & ambusta cōgruit.

GALOPSIS, VEL GALIOPSIS.

Galopsis, quam alii galibdolon appellant, urticæ similis herba est, uerum maiorem habet *leuorem & odorem grauem, scirrosos tumores dissipat & emollit, item ad ulceram serpentina facit emplasti modo imposta.

G A R V M.

Garum calce facit exiccatq;, ac ideo aduersus ulcera pus trida extrinsecus eo utuntur, præterea contra intestinos rum tortima & coxendicis dolores ex partibus inferioribus iniicitur.

G E N T I A N A.

Gentiana radix efficax admodum est extenuare, perpur gare, abstergere, & meatus infarctos aperire.

G E R A N I V M.

Geranium id quod foliis respondet anemonæ, radicem habet elculentam, quæ cum uino denarii modo pota uteri inflationes dissoluit, altera geranii species ad medicinam inutilis est.

G E, T E R R A.

Omnis terra desiccat: quæ uero alterius substantiæ ex pers est, etiam sine morsu id facit, at si ignea quædā ipsi qualitas admixta sit, lotione hanc quoque deponit. Inter cultas igitur terras quælibet pinguis omnium partis, sularum quæ siccari postulant, curationi accommodata est: Aegyptio igitur luto utuntur contra aquas cutem subeantes, & lienes induratos, item ad fungos, laxosq; tumores euidenter proficit. Ex terris medicatis lemnia rubrica, quæ Sphragis dicitur, siccata pariter & astringit medicotriter, contra lethalia medicamenta præsentis annidoti uires habet, ulceribus malignis cū acetō aut uino.

PAV. REGIN.

OO

*Dioscorides hoc
ad folia
refert.

P A V L I A E G I N E T A E

medetur, sanguinis profusionem quamlibet fistit, intestinorum tormenta finit, & depascentem dysenteriam interstino multa prius, deinde muria per clysterem eloto, per sanat. Synopis rubrica uehementior quam lenita, emplasticis miscetur medicinis, & pota lumbricos intermit, sed multo lenior est famia, seu glutinans & viscosa, quare utendū ea est in his quæ leniri oporteat: omneis sanguinis excreations, quacunq; parte erumpat, compescit. Selenus & chia maiore abstergendi uirtute pollet, ideoq; mulieribus ad nitorem cutis & lauoren in facie utilis est, ulceribus carnem & cicatricem inducit, praesertim ambustis. Cimolia mixta facultatis est refrigerantis discutientisq; id q; simplex & illota, lota uero magis refrigerat, & ambustis ex posca medetur. Ampelitis à uineis appellata est, quod innascentes ipsis uermes enecet, siccatur & discutit egregie circa erosionem. Cretica aeria est, & sine mortu abstergit. Erehrias euidenter astringit, concremata uero sine rostione desiccat, præstantior uero est cinerea. Pnigitis similes cimoliae uires representant, sed colore nigrae cit. Armenia, quam èt bolum nominant, summe desiccat, unde intestinorum tormentibus, alui profluvii, sputo cruento, tabi, spiritus difficultati ex humiditate, ulceribus humidis & pestilentialibus uitii strenue opitulatur. Cæterum cum uino tenui diluto bibitur, si febris adsit, cum aqua. Alana autem gleba armenie uim obuinat. Ochra uim habet discutendi exedendiq; reprimit igitur supercrescentia ulcera & causa cum cerato mixto replet.

G E R A S, S E N E C T U S A N Q V I S.
Senetus anguis affatim siccatur: aceto igitur subseruefaseta, dentium doloribus medetur. Aspidis exuuum cù melle tritum delitumq; , oculorum aciem maxime iuuat.

G E S E N T E R A, T E R R A E
intestina, seu uermes terreni.
Lumbrici terra detriti netuorum uulneribus impositi,

LIBER SEPTIMVS.

290

repente euestigio mirabile adserunt praesidium.

GIGARTA, NUCLEI ACI
notum uua.

Nuclei acinorum uua desiccant ordine secundo, reflo
gerant primo. quum itaq; abunde sint *acerbi omnibus
alii uitius fluidis, conueniunt.

GINGIDIUM.

Gingidium calorem non adeo manifestu sortitum est,
caterum siccatur in abscessu tertio, & astringit, qua de cau
fa & stomacho utile est.

GLAVCIVM.

Glaucium astringit, sed ita ut etiam non nihil gustanti sit
ingratum, manuferte refrigerat, eaq; uis sacris ignibus no
validis succurrit.

GLAVX.

Glaux herba calida & humida temperamento est, unde
ad lac generandum efficax est.

GLECHNON, PVLEGIVM.

Pulegium calefacit, & extenuat uehementer, unde si illi
natur ruborem excitat, & crassos uiscososq; humores
et thorace & pulmone emolitur.

GLOEOS, SORDES BAL

NEORVM.

Sordes balneorum calefaciunt modice, emolliunt, discen
tiunt, rhagadibus & condylomatis accommodatae.

GLYCIRIZA, DVLCIS

RADICULA.

Glycyrriza tepidi humidique, temperamenti est, alicuius
etiam astrictionis particeps, eoq; no modo fauces exas
peratas laevigat, sed etiam uesticæ scabiei medetur eadē
situm arcerat.

GLYCYSIDE, PÆONIA.

Glycyside quam alii pentameron, nonnulli pæonia
am uocant, radicem habet acrem & leuiter subamara
ram & siccantem, cui etiam astrictionis non nihil in
est, quapropter menseis ciet, renes & iecur purgat

OO ii

*Græcū

↓u xp x' ha

bet, quod

est frigie

di, pro

spuφρα,

hoc est

acerbi, sic

enim Ga

lenus uia

detur le

gere.

PAVLI EGINETÆ

Instar amygdalæ pota cum uino: at si hoc austерum fuerit, alii quoque fluores coercet, adalligata uero puerorū morbum comitiale abigit.

**G N A P H A L I V M , C E N T U N
C U L V S .**

Centunculus dictus est gnaphalium. quod foliis ipsius teneris loco tomenti, gnaphalon dicitur, ut amur. sunt autem calida & modice astringentia, atque hinc ad intestinorum tortuosa cum uino austero bibuntur.

C O N G Y L I S , R A P V M .

Rapi & radix & semen flatulenta & semini creādo sunt, ueneremq; excitant.

G O R D Y L O N .

Gordylon alii seseli appellant, calidum est, urinæ & membranibus educendis habile, radix ipsius cū melle lincta, quæ in thorace hærent, educit.

**G Y R I S , P O L L E N F A R I
N A C E V S .**

Pollen uirtute respondet amylo, sed calidior est.

G Y P S V M .

Gypsum uim habet siccantem opplentemq; propter quam ad sanguinis ex naribus eruptionem conuenit temperatum cum candido ovi liquore, istum uim op̄ plendi non similiter retinet, uerum magis siccat & repellet præsertim cum posca.

Q V A E A D I N C I P I V N T .

D A D E S , T E D Æ .

Tedæ acre quiddam habent, item uim concoquendæ, & abstergendæ nonnullam, unde aceto incoctæ densum doloribus si hoc acetō colluantur, succurrunt: at si mel adiectum fuerit, pituitam per os educunt, mixta etiam eclegmatis faciles è thorace excreatus reddunt.

D A M A S C E N A .

Damascena, quum ad pruna uentum erit, exponam.

D A M A S O N I V M .

Damasonium abstensoriam quandam uim obtinet, qua

L I B E R S E P T I M U S .

291

calculos conterit, & aquas in uentre collectas educit.

D A V C V S .

*Græce
habetur
& quo^d
est urinas
nimirum
pro i^d&
t^a hoc
est aquas.

Daucum, quod & staphylinon dicitur, duplex est, cuius
radix flatulenta est, & uenerem mouet. Sylvestris dauci
semen minime fatus creat, sed urinam & menseis citat,
quemadmodum & herba ipsa.

D A P H N E , L A V R V S A R B O R .

Lauri arboris folia siccant & calefaciunt insigniter, ma-
gis quoq^{ue} fructus: radicis cortex amarus & leuiter astrin-
gens calculos comminuit, & iecinorosis opitulatur cu-
mino odorato triobolari pondere potus.

D A P H N E H E R B A , L A V -
rus, alexandrina.

Daphne herba, quæ & Alexadrina dicitur, calida, acris,
& subamara est, idcirco menseis & urinas commouet:
laureola uero, quæ daphnoides græce nuncupatur, eius
dem facultatis est: tum chamaedaphne, quasi dicas huius
mitem laurum, quæ & ipsa commanducatur.

D E R M A , P E L L I S .

Pellis ouina recens detracta calens adhuc itis qui flagris
cæsi sunt circumpoita, mirifice auxiliatur. At hi poppos
tami pellis combusta & cum aqua laevis imposita phys-
mata discutit. At uipera pellis detrita imposita q^{ue}, pilos
rum defluvia mirabiliter reficit.

D E R M A T A , H O C E S T , P E L -
les seu coria ueterum calceamentorum.

Coria ueterum calceamentorum crematorum cinerem
reddunt siccatorium, unde ex calcis pedum attritus
non durum inflammatis, ambustis intertriginibus, & tubec-
culis medentur.

D I C T A M N O N .

Dictamnum tenuius est virtute pulegio, cætera simile,
quod autem uocatur pseudo dictamno imbecillius est.

D I O N Y S I A S .

Dionysias dicta est in androsaemo.

D I P H R Y G E S .

OO lli

P A V L I E G I N E T A

Diphryges mixta est facultatis; habet enim quippiam
astringens & medicoriter acre, ideoq; malignis ulceris
bus praesens est remedium.

D I P S A C O S , Q V O D L A

brum ueneris dicitur.

Dipsaci spinæ radix in secundo ordine desiccat, nonnul
lam uero abstergendi uim simul obtinet.

D O R Y C N I O M .

Dorychion simile temperamento est papaueri & man
dragoræ, immodece refrigerans: si quidem modicum
torporem inducit: copiosus affumptum interimit.

D R A C V N T I V M , D R A
C V N C V L V S .

Dracuntium simile quiddam aro habet, sed eo acrius,
amarius, calidius, tenuiusq; est. Item astrictionis nonni
hil habet coniunctum. Radix ipsius pota uiscera purgat
& pericacium seu malignorum ulcerum excellentis
simum est remedium: folia respondent: fructus uale
tior est.

D R Y O P T E R I S , F I L I C V L A .

Filicula dulcis, acris, & leuiter amara est: radix acerba
est, cæterum uim habet exedētem, qua & pilosabolet.

D R Y S . Q V E R C V S .

Quercus & folia & fructus siccante & tepida ui pollēt,
quam obrem uulnera recentia glutinant, inflammationis
bus incipientibus medentur: at quod sub glandis corio
& circa fructus carnem membranæ simile includitur, ua
lentius astringit: eoq; ad fluxum muliebrem, aliosq; flui
dos morbos exhibetur.

Q V A E A B E I N C I P I V N T .

E B E N V S .

Ebeni ligni uis est excalfactoria, deteratoria & subtilis,
quapropter quæ pupillas obscurat abstergere creditur,
aliosq; oculariis miscetur medicinis.

E N C E P H A L O S , C E R E B R U M .

LIBER S E P T I M V S. 192

- Cerebrum leporis coctum confricatum, comedimusq; infantium dentitionibus utile esse fertur: nonnulli uero tremoribus succurrere manducatum, literis prodiderunt.
At galli cerebrum cū uino potum ad uenenatos morsus efficax esse Dioscorides pronuntiat, et sanguinis & cerebri membranis eruptionem cohibere. Camelorum cerebrum Galeno authore siccum cum aceto potum, comitiales persanat. Idem facit mustela cerebrum. Hirundis num cum melle in oculorum suffusiones efficax est.
- 10 Cerebrum ouillum similiter præparatum infantium dentitionibus exacte opitulatur.
- OLEA, OLEA.
- Olea ramusculi quantum astringunt tantum etiam res frigerant, fructus qui exacte ematuruit, moderate calidus est, immaturus maiorem tum astringendi tum refri gerandi uim repræsentat.

ELÆA, HOC EST OLEA,

- Olea æthiopica lachryma ammoniaco tenui similis, uires habet exterforias, quare ad cicatrices, albugines, hebetudinesq; oculorum ea utuntur, et ad dentium dolores, si cauis ipsorum iniiciatur, efficax est: nonnulli uero sylaticam esse hanc oleam asserunt.

ELÆON, OLEM.

- 15 Oleum ex oлиuis drupis dulce calidumq; mediocriter est magis humectans: at quod immaturis oлиuis exprimitur, Græci onotribes appellant, astrictionis particeps est tantæ quantæ etiam frigiditatis. Elotum uero oleum morsu ac rosione caret, uetus quanto diutius reseruas tum tanto acrius calefacit, discurruntq; præsertim si iam inde ab initio tenue extiterit: iudicatur autem id, si puru sit, pellicidum: si paucum magnam corporis partem inungat, & ex facili cutem penetret cōbibaturq;: huiusmodi nimis est Sabini: quod aut ex agresti olea funditur, ab sterget simul et astringit, squalidissimumq; id est in omnij oleorum genere, ricinum uero æquales ueteri usq;

OO iiiij

PAVLI AEGINETÆ

res obtinet: reliqua uero tempe sesaminum aut raphanum & quaæ eius sunt generis, pro substantiis ex quibus constant, uires quoque diuersas præse ferunt.

ELAEOMELI, OLEOMELI

Oleum in Syria ex trunko quodam arboris emanat crassius melle & dulcius, quod instar duorum cyathorum potum cum aqua hemina, crudos humores biliosq; ex alio educit: qui uero id bibunt, torpescunt, quod extimescendum non est, sed excitari ipsi debent.

ELATERIUM

Elaterium succus sylvestris cucumeris fructus appellatur, in secundo ordine, calefaciens, quod menseis prouocat, foetus appositu propter suminam amaritudinem necat, evacuationem etiam ex naribus cum lacte insuffatum molitur: ab inferioribus partibus inditum, pituitam nonnunquam etiam sanguinem extrahit.

ELATE, ABIES.

Abies arbor calefacit siccitatq; nigrae populo similiter: de resina ipsius in resinarum sermone agemus.

ELATINE.

Elatine herba est parietariae similis, mediocri frigiditate & astrictione donata.

ELAPHOBOSCUS.

Elaphoboscus uirtutis est calefactoriae & siccæ in secundo abscessu substantia tenuis,

ELELISPACVS, SALVIA.

Salvia euidenter calefacit & leuiter astringit.

HELENIVM, INVLA

CAMPANA.

Helenium calidum est & siccum cum excrementitia humiditate, quare & eclegmatis temperatum infarctos thoraci humores educit, ac particulæ ex eo ruborem conseruantur.

ELEOSELINON, PALVSTRIS APIVM.

Eleoselinon in aquosis natum locis idem potest quod

hortense apium, sicut maius ipso existat.

ELEPHANTVS

Elephant ex ungue ramenta si illinantur, reduuis pro
funt: item osium dentiumq; ipsius quum sint siccæ fa
cultatis & abstensoriæ, huiusmodi tricentur medicis
mentis.

HELCYSMA, ARGENTI

recrementum.

Helcysma argenti est excrementum, uiribus plumbagi
ni respondens: quippe astringit simul atq; extrahit, quo
fit ut emplastris fuscis & iis quæ cicatricem ducunt, ad
misceatur.

HELLEBORVS, VERATRVM.

Veratrum utrumq; calefacit & desiccatur in tertio abscessu
su, item acre est & abstensorium, unde etiam ad leprosa
cutis uitia conuenit: nigrum uero, si fistulis inseratur tri
bus diebus callum exterit.

HELICHRYSON.

Helichryson alii chrysanthon, alii amaranthum appels
lant, coronarius est frutex, coma aurum referente, quæ
cum uino pota urinæ anguilliæ, serpentium mortibus,
coxatum dolori, & ruptis accommodata est, menseis
eduicit, sanguinem coactum ex mulso pota dissoluit, &
destillationibus auxiliatur.

HELXINE, PARIETARIA.

Helxinem alii perdicum, alii parthenium, quidam fide
ritum, quidam heracliam nuncupant, uis eius est absteno
gere, ac leuiter astringere, cum humiditate subfrigida.

HELXINE.

Helxine quæ & cisampelus dicitur, uim habet discu
tiendi.

ELYMVS, QVÆ ET MELI

ne dicitur Latinis panicum.

Panicum simile est milio, siccans refrigeransq; extrinse
cus illitum, cæterum & alii flores desiccatur.

EMPETRON.

PAVII AEGINETÆ

Empetron, quod ab aliis prasoides nominatur, pituitam
& bilem purgat, est etiam falsum, quare abstensionibus
accommodatur.

E P I T H Y M V M .

Epithymum in tertio abscessu siccatur & calefacit, thymo
efficacius.

E P I M E D I V M .

Epimedii virtus est mediocriter frigida cum humiditas
te aquosa, quod sterilinatur, mammae rectas conseruat,
dicitur etiam sterilitatem potu facere.

E P I M E L I S .

Epimelis, quæ etiam ab Italicis rusticis vocatur unedo,
malus est sylvestris, cuius fructus acerbus & stomacho
inimicus est, capitiq; dolorem mouet.

E P I P A C T I S .

Epipactis, quæ & eleborine appellatur, aduersus uehe-
na & iocinoris affectus bibitur.

E R E P I N T H V S , C I C E R .

Cicer consuetum legumen flatus creat, ualentis mate-
riæ, alium facilem reddit, urinam mouet, lacti seminiq;
generando accommodatum, idem menseis elicit: at cri-
os appellationum, hoc est arletinum, aliis magis urinæ cien-
dæ est, decoctum ipius præsertim nigri calculos quo-
que in renibus conterit, quod orobiæum ab eru uoca-
tur, calidius his est & subamarum, Sylvestria quovis mo-
do domesticis sunt validiora.

**E R I A , H O C E S T , L A N E
S O R D I D A E .**

Lanæ sordidæ respirationibus utiles sunt, nam pingue-
do ipsarum, quam cœsypon Græci appellant, butyri mo-
do concoquit: at quæ sordibus carent materiæ, ratio-
nem duntaxat obtinent: concrematæ uim habent acré-
calidam, siccum simul et tenuem, ut etiam flaccidas cum
humiditate: ulcerum carnes protinus absumant.

E R I C E

Ericæ nō pollet discutiente circa roſionē, sed flore ipius

L I B E R S E P T I M U S

294

potissimum, & foliis utendum est.

E R I N O S , Q V O D L A T I N E

ocimum aquatum dicitur,

Erinos aquatica herba est, cuius semenis denarii duo ex
mellis denariis quatuor illiti, oculorum fluxiones fistunt,
succus aurium doloribus benefacit.

H E R M O D A C T Y L U S .

Hermodactylus radix et per se, et ipsius decoctum uim
habet purgandi priuatim et arthriticis tunc quam his
mores deficiunt exhibetur, uerum stomacho nimis qua
aduersatur.

H E R P I L L U M , S E R P I L L U M .

Serpillum calefacit, ut et urinam et menstrua com
moueat.

E R Y T H R O D A N O N , Q V A M

romani rubiam passiuam vocant,

Erythrodanon rubra tintorium radix est acerba amara
raq; liueni, lecut et renes ita purgat, ut cruenta quoque
per urinam et menseis euocet: ac eatis uitia rancida
abstergit.

E R Y S I M O N .

Erysimum igneum calefactoriumq; est, nasturcio si
milter, quare infermento tostum, thoracem purgat in
eclegmati assumptum, duritisq; emolilit, et cæcos can
cros illiti adiuuat.

E V Z O M O N , E R V C A .

Eruca et ipsa priori similis temperamento, flatulenta
est, ob quod ad uenerem instigat, semen ipsius urinam
quoque mouet. Cæterum silvestris domestica ualens
tior est.

E V P A T O R I U M .

Eupatorium tenuem uim et incidentem sine conspi
cuo calore habet, qua lecut obstruclum expurgat, est
et nonnullius astrictionis particeps.

E V P H O R B I U M .

PAVLI REGINETA

Euphorbium adurentem uim fortitum est subtilemque,
aliis liquoribus similiter.

EPHEMERON.

Ephemeron non uenenum illud sed quod iris syluatica
nominatur, mista potestatis, est, & repellentis & discus-
tientis per halitum. 1

Additū
ex Galeo
no.

ECHIDNA, ID EST VIPERA.
Viperæ carnes calidæ & sicce temperatura euidenter
existunt, quæ corpus totum per cutem expurgant, hinc
multi quos elephantia male habebat, esu potuve ipsa-
rum consanuerunt: quæ in maritimis allisq; locis aridis
degunt, magis ad sitim faciundam sunt efficaces.

ECHINVS, HERBA.

Echinus herba quædā acerba est, quæ repellat & siccet.

ECHINVS, ERINACEVS.

Erinacei terrestris fel, pilos defluens glutinat, caro eius
inueterata ualide discutit exiccatq;: pota igitur elephan-
ticis, malo habitu preditis, & aliis plurimis auxiliatur:
pellis ipsius concremata uehementius siccatur & digerit
capillorum defluvia cum pice liquida peruncta sanat.
Marini erlnacei quod esui idoneum est, urinam citat, &
aluum reddit facilem: testa cremata, terrestri responderet.

ECHION.

Echion alii doriada, nonnulli alcibiadion uocant, spino-
sa herba est, quæ non modo à serpente commorsis cū
uino pota auxiliatur, sed prælumentes quoque percuti
non patitur.

**HESPEMA, SAPA, SEV
PASSVM.**

Hespema mustum decoctum, quod alii siræon appellan-
t, calefacit modice & concoquit, est autem medicamen-
tum et emplasticum, et roisionis expers.

QVÆ A Z INCIPIVNT.

ZE A.

Zea tritico uiribus respondet, medium inter calorem

LIBER SEPTIMVS.

299

et siccitatem obtinens, leuiter exiccat, nec non obstruit.

ZINGIBER.

Zingiberis radix impense quidem calefacit, sed non pri
mo statim occurrit, quod ineuctæ cuiusdam et crassio
ris humiditatis particeps sit, propter quam etiam facile
perforatur, firmam autem conseruat caliditatem.

ZYTHVS.

Zythus compositæ est substantiæ, etenim acris est, cœu
ex putredine procreatus, et frigidus, ex qualitate acida,
eoq; prauis succi habetur.

ZYME, FERMENTVM.

Fermentum et ipsum cōtratil cōstat qualitatibus, quip
pe acoris cuiusdam frigidæ, ac è putredine nati caloris,
tum eius qui ex salis et farina natura contrahitur, com
pos est: quare non mediocriter calefacit atque discutit.

ZOMOS, PISCIVM IVS.

Recentium piscivm ius esculentum aluum et perse et
cum uino potum deicit, priuatum uero in hunc usum
conficitur ex phycidibus, scorpionibus iulidibus, per
cis, et laxatilibus aliis teneris nec virus olientibus: coquū
tur in aqua, oleo, anetho, et sale. Item eorum quæ testas
cea cute integuntur, tellinarum, hiatularum, conchulas
rum, et ueteris galli cum sale diutissime ex cocti iuscus
lum, uentrem subducit, econtrario gallinæ ius come
primit.

QVÆ AB H INCIPIVNT,

quod latini in e longum uertunt.

HEDYOSMVS, MENTA.

Menta in tertio ordine calida, tenuis, acris cum humidi
tate semicocta existit, cuius causa etiam in uenerem incl
itat: sed amari quoque nonnihil obtinet quo lumbricos
enecat. Quia uero acerba est, recentes sanguinis eruptio
nes coercet.

HEDYSARVM.

Hedysatum aut pelecinos amarum est, leuiterq; astrin
git, unde potum stomacho gratum redditur, cæterum

PAVLI REGINETÆ

viscera obstructa repurgat.

HELIOTROPIVM.

Heliotropium maius, quod et scorpiurum vocant calldam, siccum, et abstergentem uirum præse fert, cuius de coctum potu educit pituitam, billem q; illitu fructus ipsius myrmecias et huius notæ uitia perficit. Minus autem heliotropium et hæc abolet et lumbrios intermit, si cum fructu, nitro, hilso poe, et cardamomo bibatur.

HELECTRVM.

Electrum populi albae lachrymam dicunt, quæ iuxta amnum Eridanum destillat, et in spissitudinem coit, auro colore, quod si laevigatum bibatur stomachi, et aliui fluxiones et sanguinem compescit.

HEMEROCALLES.

Hemerocallis radix uiribus lilio respondet, similiter illi ambustis opitulatur.

HEMIONITIS.

Hemionitis astringens simul et amara est, idcirco lenio q; cum aceto pota succurrit.

HEPAR, IECVR.

Iecur rabidi canis tostum assumptum q; iis qui ab eo commorisi sunt subuenire fertur. Caprilli fecoris tosti humor tenuis, sanies ve lusciosos iuuare instillata, naporq; eius decocti oculis recipi inbetur: idem iecur assu mā ducatum, comitiales coarguit. Idem prestare et hircinum fertur. Ad hæc lacerae iecur dentibus corrossim possum, dolorem sopit. Item lupinum, medicamentum hepatico quod constat eupatoria initit. Asinum tostum comitiales, si ieiuni id manducent, adluuat. Aprili iecur recens inarefactum tritum q; cum uino, ad serpentinum morbus bibitur. At mergi hepar siccum epotum, calculos eilicit.

ERIGERVUM, SENEPIO

HERBA.

Senecio mixtas habet uites, refrigerat et modice disscutit.

L I B E R S E P T I M V S . 296

E R Y N G I V M .

Eryngium calefacit quidem non manifesto, siccitatis autem haud obscurè nec modice particeps.

Q V A E A T H I N C I P I V N T .
T H A L A S S I O N H Y D O R

aqua marina.

Aqua marina acris calfactoria mediocriter, desiccans, et pota stomacho contraria est, uentrem turbat, pitui tamq; edicit, si calida superfundatur, extrahit et digerit.

T H A L I E T R U M .

Thaliætrum siccandi uim sine rostione habet, hinc ulceræ inueterata cicatrice obducit.

T H A P S I A .

Thapsia acris est, et ualenter cum humiditate calefacit: ex alto igitur trahit insigniter, attractuq; eadem discutit,

T H E I O N , S V L F V R .

Sulfur trahendi et ipsum uim obtinet, calidum et substantia tenue, ut aduersus pleraq; virulenta animalia resistat, præsertim turturum marinum, draconemq; uel sic cum inspersum, uel saliuæ quoque mistum, uel urinæ pueri, uel oleo, uel mellis item scabiosa corporis uitia mirifice persanat.

T H E R M O S L V P I N V M .

Lupinum:esculentum quidem obstruendi uiribus polos let:amarum, abstergit, dissipat, et sine morsu desiccat, lumbricos occidit illitum et potum, uiscera purgat cu rata et pipere, potu etiam cutis uitia extergit, tumores dissipat, cum oxymelite illitum: sylvestre autem amarus est omni ex parte satius ualentius.

T H E L Y P T E R I S .

Thelypteris, quam nonnulli nymphæam uel pellin appellant, filici simili facultate, quæ cum uino pota latos et teretes uentris lumbricos intermit, foetum in utero corrumpit: folia ipsius manducata aluum emoliunt.

T H L A S P I .

Thlaspi semé est uiribus acre, ut testinos abscessu potu

P A V L I T E G I N E T A

rum pat, menseis prouocet: ab inferioribus partibus inie
ctum coxarum dolores finit, cruenta uacuat, ac alioquin
supra infra; biliosa instar acetabuli potum, expurgat.

T H R I D A X , L A C T V C A

Lactuca olus est non summe frigidum humidum ue,
sed profanæ aquæ temperamento, quapropter calis
dis inflammationibus conuenit, præterea sitim potu res
stinguit, & geniture fluorem cohiber: Sylvestris lactu
ca hac minus & refrigerat & humectat, uerum succulen
tior existit.

T H Y M V S .

Thymus in tertio ordine calefacit & deficcat, glutinos
os crassosq; humores incidit.

T H Y M B R A .

Thymbra agrestis quidem eadem quæ thymus præstat
hortensis autem in omnibus quidem imbecillior, sed
ad cibum laudator.

T H Y M E L Æ A .

Thymelæa, unde granum cnidium fit, simileis ei uirels
obtinet.

Q VÆ AB I INCIPIVNT.

I D A E A R A D I X .

Idæa radix gustu acerba & uiribus sanguinis eruptionis
bus & rheumaticis affectibus, tum pota, tum extrinsecus
imposita accommodatur.

H I D R O S , S V D O R .

Sudor per se contrahere efficax est, miscetur autem in
palæstris exercitantium fôrdibus, quibus astringendi uis
duntaxat inest, ac redditur totum discussorium. Mamæ
mis igitu inflammatione tentatis efficax est remedium
& feruori ipsatum restinguendo: bene facit etiam bus
bonibus: at si fuerint sicciores, cum cyprino, aut rosaceo
emolliri debent.

I X O S , V I S C U M .

Viscum calefacit cum acrimonia, humores ex alto uali
de elicit,

L I B E R . S E P T I M U S .

297

de elicte, & thapsis modo discutit, hac tamen multo est
ignavius.

I O N , V I O L A .

Violæ folia aquæ frigidaq; substantia præpollenti con-
stant.

I O S , Æ R V G O .

Aerugo acrem gustu qualitatè præ se fert, item digerit,
consumit, inciditq; nō teneram modo, sed duram quo-
que carnem; at si momentū ipsius cerato copiosiori mi-
scas, medicamentū fieri qd̄ citra roctionem abstergat.

H I P P O C A M P U S .

Hippocampus marinum animal est, cuius concrema-
tio nis cum liquida pice pilorum defluvia, Græci uocant
alopecias, explet.

H I P P O L A P A T H U M , G R A N O .

D I S R V M E X .

Hippolapathum in palustribus locis nascitur, lapatho
confimile.

H I P P O M A R A T H R O N .

Hippomarathrum cachryi proximum, magis quā mas-
rathrum desiccatur, unde & alatum fluentem fistit, & calcu-
los confringit, menieisq; mouet: semē ipsius coriandro
respondeat, sed illo imbecillius est.

H I P P O P O T A M U S .

Hippopotami, quod est equi fluviatilis testiculus aridus
potus ad serpentium morsus efficax est.

H I P P O S E L I N O N .

Hipposelinon cum apio doméstico virtute conuenit, nō
si effet imbecillus.

H I P P U R I S , C A V D A E Q V I N A .

Hippuris astringentem cum amaritudine qualitatè pos-
siderit, eoq; ualenter simul & sine morsu desiccatur, ac uolu-
nera maxima committit, intestinorum ramicibus opitu-
latur, & uitiis fluore infestatibus cū uino pota medetur.

H I P P O P H È S , L A P P A G O .

Hippophæs, quod alii hippophyes uocant, quo uesteis
PAV, ÆGIN.

PP

PAVLIAEGINETÆ

expolunt surculosus frutex est, è cuius radice thapsis
modo liquor colligitur, qui cù erui farina instar denarii
datus, bilē ac pituitā purgat; item totus ipse frutex siccā-
tus ad pūrgationes accommodatur.

I R I S.

Iris affatim calefacit, extergit, & maturat, tenuis substans-
tia, tenuis utilis, humores in pectori contumaces exte-
nuat, torminibus medetur, sordida ulcera purgat, cum
multa pota aluum inanit.

*Impres-
sum exē-
plar p̄fī
pro Bng.

Istatis domestica qua tintores utuntur, siccandi uireis
& astringendi habet his etiam magna vulnera in duris
glutinat corporibus, sanguinem erumpentem compes-
scit, laxos tumores discutit, ac omnibus malignis ulceris
bus resilit. Sylvestris autē quum magis rodat, magisq;
ideo siccat, ualentius aduersus humanas putredines pu-
gnat, ad cætera deterior, ut quæ immoderatius morde-
at: cæterum ob uirium uehementiam leniosi quoque
utiliter adhibetur.

ISOPYRON, AVT PHANODDI SIOLVM.

Isopyrum phasiolum ve semen amarum ac modice acer-
bum occupat, ob quod crassos glutinososq; humores
& abstergit & incidit, sic ut corpora contrahat strigatq;
hinc etiam quæ alte desident expurgat, excretionib⁹
sanguinis non efficax.

I T E A, S A L I X.
Salicis & folia & flos facultate constant quæ citra rosio-
nem siccat, tum quæ nonnihil etiam astringat, cortex au-
tem paulo siccior est, cuius perusti chnis ex iis habetur
quæ uehementer exciccent, quippe clavos & myrmes
clas, cum acetō exterit.

ICHTHYOCOLLA, GLVS
ten pisculum.
Ichthyocolla uis est opplere & siccare, recte miscetu-
emplastris glutinantibus, & iis quæ ad lepras, & irrugas

L I B E R I S E P T I M V S .

298

tionem leuoremq; uultus conficiuntur.

Q V A E A C I N C I P I V N T .

C A N C A N V S .

Cancani radix modice siccata, & sine morbo, liliotribus
5 accommodata, quare cum uino subasta tragicanthæ &
dulcis radiculæ modo, lineaq; artenæ scabritæ iutiat.

C A N C A M V M .

Cancamum lachryma est arboris in Arabia, myrræ si-
mills, odore grato, qua etiam ad suffum utuntur. uis
10 eius est obesos extenuare, abstergere, & aperire ob-
structa.

C A D M I A .

Cadmia utraq; siccata, sed quæ botryitis quasi acinosa
15 appellatur *erasioris est substantia placitis autem di-
cta, tenuoris. Cæterum concremata cadmia sine morbo
desiccata, abstergit, concava uulcera explet, oculisq; & toti
corpori utiliter adhibetur: at humida maxime ulcera in
corporibus molliusculis, eismodi cadmia sanat, in du-
rioribus efficacium magis usus est.

C A C A L I A .

Catalia uiribus & usu cum cancano conuenit.

C A L A M A G R O S T I S , G R A

men arandinaceum.

25 Calamagrostis siccata, hinc succus decoctumq; radicum
ipsius ocularis miscetur medicinis, semen uirinam cit,
& stomacho benefacit.

C A L A M I N T H A , N E P I T A .

Nepita tertio ordine calida & siccata temperamento est,
tenuis acrisq; menta longe ualentior, siquidem est ues-
30 lutisyluestris menta: facile igitur quæ alte harent ad
se trahit, sudores mouet, totum corpus digerit, ac
rigores febrium qui circuita remeant, finit, extrahit
succus cum oleo intricata strenue, quinetiam coxatum
dolores soluit, & uiolos humores in cutem etumpen-
tes abstergit.

C A L A M V S .

PP ii

PAVLI A GINETA

Calamus odoratus in secundo ordine calefacit & siccatur, inest ei quipiam & subtile & astringens, urinam ita que citat, & stomachicis, tum quae utero & iecinori faciunt medicinis temperatur. **Calamus autem phragmitis** extergit, folia ipsius uridia mediocriter refrigerant, cortex cretum calefacit siccaturq; in tertio abscessu: radicem cum bulbis illam spicula & aculeos extrahere assertunt.

CAMPÆ, ERVÆ OLERVM.
Erucae oletum cum oleo inundat, tutos à virulentorū animalium morsibus conseruare dicuntur.

CANTHARIDES.

Cantharides quæ in tritico reperiuntur luteis transuersim cingulis inuolutæ, aceti feruientis uapore suffocatae, ad plurima utiles redduntur, quippe unguis scabrosum cerato efficiunt, clavis scabiosissq; affectibus opitulantur, iam uero & exedentem urentem q; uim habent: nonnulli uero etiam medicamentis urinam prouocantibus momentum ex ipsis admistum exhibuerunt.

CANNABIS.

Cannabis semen fatus discutit, itaq; siccatur & genitura exarefaciat succus ipsius uridis ad aurum dolores ex obstructione creatos efficax est.

CANOPON.

Canopon sambuci flos est, de quo prius dictum est.

CAPNION, SECUNDVM

alios capnos, fumarla.
Fumaria inde nomen sortita est quod succus ipsius copiosas lacrymas elicat, etenim oculorum facit claritatem acris amaraq; est, unde urinas biliosas liberaliter prouocat, iecinoris obstructioni languoriq; medetur, stoma chum confirmat & aluum emollit.

CAPPARIS.

Capparis radix extergit, probe purgat, incidit, discutitq; tum amaritudine, tum acrimoniam: at acerbitate contrahit, stringit, & desat, quapropter lienes induratos & pota &

L I B E R S E P T I M V S .

29

extrinsecus imposita, iuuat menseis promouet, pituita g
os educit maligna ulcerata sanat, dentium dolores sopit,
tumores digerit, & uitiligines, quas alphos dicunt, aurum
uerines enecat: folia autem & fructus similem quidem,
sed imbecillorem uim possident.

C A R D A M V M , N A S T V R T I V M .

Nasturtii semen sinapis modo urit, unde etiam illitū cui
tem exasperat: cæterū crassos humores, cū aliis potum
incidit, herba uero arida uiribus respondet, humida mo
deratior, ideoq; crudam ipsam assument.

C A R D A M O M V M .

Cardamomum acre quidem & ipsum est, uerum nastur
tio inuaidius: compos est etiam nonnullius amaritudis
nis, qua lumbricos intererit, & scabiem cum aceto
exterit.

C A R I S :

Caris in pollinem detrita & cum radice bryoniae poti,
lumbricos occidit.

C A N C R I .

20 Cancerorum concretorum cinis, fluuiatilium fane sic
cat, erinaceorum & cochlearum modo, at totius substā
tiae proprietate, canis rabidi moribus potu mirabiliter
efficac est: marinorū cinis eximia donatus siccitate his
quidem non conuenit, sed iis qui magis siccari deside
rant, proficit, fluuiatilis cancer tritus si illinatur, spicula &
aculeos ejicit.

C A R O S .

Caris semen & siccitat & calefacit in tertio fere gradu, fla
tus digerit, urinam mouet, idq; non semen duntaxat, sed
etiam tota planta.

C A R P E S I V M .

Carpesium odoratum est & tenue, uiscera obstructionis
bus liberat, urinas mouet, et renes calculo laborantes
purgat.

C A R Y A , N V C E S .

Nucis arboris coliculi aliqd habent qd astringat, plur.

PP iii

PAVLI MAGINETAE

num juglandum calyx pulvinatus. succus itaq; eorum
decoctus cu; melle stomachi fit medicamentum: interius
inde putamen carinatum usum extenuandi vim agri,
& sine rossione siccatur, quod in eo clauditur edendo apta
natura oleosum, facile bilem auget, consecutuq; ex eo
oleum extenuandi tumores & putredines, quas sepe
nas dicunt, discutiendi vim obtinet. Flavescentes itidem
velutatae nucis membranæ, curis uitia abstergunt. At aquel
lanæ, quas & ponticas vocant & leptocarya, frigidiores
sunt & austerae, in ceteris juglandibus æquales.

CARYOPHYLLON.

Caryophyllum, quasi dicas nucifolium, non eam habet
substantiam quæ nomine prætenditur, sed ex India ue
luti flores cuiusdam arboris festucae & nigritunt Jonz.
gitudine pollicari propemodum, odorati, acres, subas
mari, calidi & siccii in tertio ordine: qui multiplicis usus
sunt, vim in faciei medicamentis, tum in aliis.

CASSAM V M,

Cassatum hoc nonnulli balsami fructum esse dicunt,
de quo supra egimus.

CASSIA.

Cassia calefacit & siccatur in tertio fere abscessu, tenuis
abunde acris & modice astringens: incidit igitur simul
& discutitur, roburq; instrumentis adiicit, postremo & me
leis evocat.

CASTORI V M.

Castorium calefacit siccaturq; cum extenuandi viribus
eximiunt, quibus præter alias actiones, etiam nervorum
qui ex copia humorum male habent, affectibus, con
gruit, & refrigeratos facile excalcat, & extrinsecus, ap
plicatum & potui datum, idq; itaq; ut nullam aliam offen
dat particulam etiam si mediocriter febris affligat, quæ
admodum in torporibus & lethargis: sed mensibus res
tentis proficit, & secundas expellit, at in cerebri & pula
monis utilis etiam sufficiens castorii inspiratu hauitus, præ
clare opitulatur.

CAV C A L I S.

Caucalin alii daicum sylvestrem appellant, quod daucum modo calefaciat, siccet, urinam moueat, & falsamen to ad repositionem condatur.

C E N C H R O S. M I L I V M.

Milium refrigerat in primo abscessu, siccatur in secundo, habet etiam modicam extenuandi facultatem: extrinsecus igitur in sacculis ad fouendum adhibitum, & illius, desiccare consuevit.

C E D R U S.

Cedrus & frutex juniperi similis, & arbor est: ambo calidacium siccantem in tertio ordine, cōfertum ex eis oleum quod cedream, seu liquorem, cedrinum appellant, & quartum attingit, subtilis admodum substantiae: hinc teneras carnes expedite & circa dolorem exedit, duras autem præsertimq; demortuas siccatur & à putredine asservat, pediculos, pulices, ascaridas, & aurium uermes interficit, aliq; plura facit.

C E N T A V R I V M.

Centaurii maioris radix acris, calida, & terrea astrigens, compos est, menseis itaq; promouet, foetus corrumpit, mortuos elicit, vulnera glutinat, sanguinem spuentibus, & reliquis pectoris uitis prelens est remedium.

Minoris centaurii radix inefficax est, coliculi ualide & citra mortum siccant, unde non solum ad quæ maius centaurium ualeat, sed etiam coxendice laborantibus, si his decoctum inferius injectum biliosa vacuat, nonnulla quam et cruenta, quum plus proficit.

C E R A S. C O R N V.

Cornu caprillum hic cinumq; concrematum, denteis nitidis reddit, gingivias humenteis competit. Ceru cornu cum uino maceratum tritumq; deinde circumlitum mobile sifist denteis, trematum: mox lotum, intestinos rum torninibus cœliacis, sanguinem expuentibus, et felle suffusis, duorum cochlearium instar auxiliatur: miscetur etiam oculariis medicinis. Taurinum cornu cum

*Impræsum ex epular, calefaciunt.
Galenus scripto consentit.

PAVLI REGINETE

aqua potum, sanguinis eruptiones cohibet.

CERASIA.

Cerasia dulcia quidem citius dilabuntur, austera stoma-
cho utiliora sunt, acida uero, ob incidenti uim qua ha-
bent pituitosis excrementosiscq; stomachis prosumt, gus-
mi uero cerasi arboris fauceis exasperatas leuigat, & cal-
culo laborantibus cum uino potum succurrit,

CE R A T O N I A AR B O R.

* Galenus
astringen-
di.

Ceratoniae fructus q; ceratis dicuntur, siccandi et refrigeran-
tandi uirtutis, nonnullius et dulcedinis particeps est.

CEPHALE CAPITA.

Menatum salsatum capita tremata, uim siccandi non
admodum acrem acquirunt, hinc sedis rimas et guttis
diu induratum sanant, Smaridis caput totum combustu
ad pilorum defluvia cum adipe ursino proficit. Idem
præstat etiam muri caput trematum cum melle, Milii
aridum sine plumbis, modo qui tribus digitis compre-
hendi queat, cum aqua potum ani dolores finit. Laceti
tæ uero caput aculeos educere tradunt, myrmecias, uer-
rucas, et clavos exterere.

CECIS, GALLA.

Galla omphacitis, id est, immatura medicamentum est
affatim astringens, eamq; ob causam siccatur, fluxiones re-
pellit contrahitq; laxa stringit, et partes imbecillas fir-
mitat, fluidisq; omnibus affectionibus accommodata est:
ponitur autem in tertio siccantium ordine, secundo res-
frigerantium. Altera qua flavo colore inanis magnaq;
est, non tantum in siccando et astringendo habet efficaciam,
sed in inflammationes et procidentias excocta ius-
uat: gallæ uero combustæ et aceto restinctæ, sanguini
supprimendo sunt.

C E P Æ A.

Cepæ portulaca similis est, folia ipsius contra uescæ
scabies utiliter bibuntur, radix cū alparago, quem myas
canthinum appellant, pota, urinæ stillicidia, quaæ opples-
to urinatio meatu fiunt abigit.

L I B E R S E P T I M U S.

C E R A .

Cera quam temperata sit, reliquorum medicamentorum
materia efficitur, ipsa uero per se ex iiii est, qua^e leviter
abstergunt, nam & digerentem & calidam uim exigua
obtinet.

C E R I C E S , B V C C I N A ,

Buccinorum testa concremata excellenter desiccatur
tra rosi onem, unde ulceribus maleficis accommodatur,
at in illis qua^e putredinem experitur, cum aceto, aut uino,
aut oxymelite ipsis utendum est, oleum in quo ueluti ca-
ro ipsorum adhuc uiuentium ex cocta sit, aurum do-
tes si instiletur, discutit.

C I C I , R I C I N V M .

Ricini fructus quemadmodum purgat, abstergit, diges-
tit, sic etiam folium, sed imbecillius: de oleo tractatu est.

C I N N A B A R I S .

Cinnabaris acris mediocriter uires habet, item nonnihil
astringentes.

C I N N A M O M U M .

Cinnamomi uis est summe tenuis, non item & que calid-
itas, sed tertii ordinis, nihil autem ex iis qua^e parem ipsi
calorem referunt adeo siccari propter substantia^e tenuis-
tatem. Cinnamomis autem ueluti in ualidum quoddam
cinnamomum est, quod nonnulli pseudocinnamomum
uocant.

C I R C A E A .

Circae radix calida est & odorata, qua^e cum uino pos-
ta foeminarum locos purgat: semen in sorbitione sumo-
ptum lac generat.

C I S S E R I S , P V M E X .

Pumex abstersorius est præsertim dentium, non modo
uiribus, sed etiam scabritie, coniicitur autem in medicas
menta qua^e carni ulceribus inducendæ sunt, item in ea
qua^e cutis labes exterunt. Crematus tenuior quidem sed
35 mordax redditur: lotus, id quod mordet, deponit.

C I S T O S .

PAVLII REGIN ET ALI

Cistos aut cissaros frutex est astringens & modice frigida virtute, folia ipsius & germen ad eo siccant, ut etiam vulnera conglutinentur. Flores quum in secundo fere gradu sicciores sint, intestinorum terminibus, aliisque fluidis ultijs accommodati sunt, extrinsecus illiti, putridam cera competunt.

CERATICEAE, RADICIS CISSOS, HEDERA.

Hedera contraria constat uitribus, ut que astringat & refideret. Item acris est & callida, aquæ substantia & testiculus quum uitidis est: particeps: cuius folia tino incors & vulneribus glutinans, ambustis & lenonis salutari ter adhibetur, laccus ipsorum naribus ad pituitam eductam infunditur, item diuturnis aurum defluxionibus succurrit: lachryma hederæ, ut quæ actior sit pediculosis eneat, & pilos abolet.

CITRIVM, QVOD ET MAM

Citri medium acidum aut qualitatis expers est, in quo semen tertii refrigerantium siccantiumque ordinis habetur, cortex siccant in secundo quidem abscessu, sed non item refrigerat, acri uitute praeditus: caro ipsius crassus succi est, pituitæ generandæ apta, & frigida: fermentatio in secundo ordine deficcat, folia arboris siccandi difficulter, utim repreßentat.

CICHORIVM, INTYBUS, SYLVESTRIS.

Cichorium picrisve tanquam syriatica seris est, refrigerans siccansque in primo abscessu: habet etiam uim astringendam, qua ad hepaticas dysenterias conuenit.

CLEMATIS.

Clematis quibusdam daphnoides, aliis myrsinoides, non nullis polygonoides, sarmenta habet oblonga, crassitus dñe ionci quem holochœnum dicunt, folium uero lauri, siccandi uitute pollet, qua alii fluores, quam diarriam dicunt intestinorum termina, & dentium dolores finit: contra uenenatorum mortis recte imponitur.

CLEMATIS AL TERA

Clematis altera arboribus similacis hederæ modo circu-
uoluit, acri & caustica facultate donata, huius frudis
cum aqua potus, pituitam & bilem per inferiora educit,
folia autem ad lepras arcendas illinuntur.

CLINOPODION.

Clinopodij uis est calida siccans, nondum uero adures,
sed tertii fere ordinis.

CNEGV S.

10 Cneicisemine ad purgandam aluum duntaxat utimur
si quis extrinsecus eo utatur, tertii siccantii ordinis erit.

CONCHILLA.

Conchilia buccinis facultate proxima sunt.

COELIA, INVENTER.

15 Venter mergi, aut recens coctus, aut inarefactus, esu siccans
macho utilis esse dicitur, similiter etiam gallinarum inter-

ior alii membra siccata postu data querum Galenus expe-

rimento falsum utrumque se inuenisse scribit. Palubris uero

auis uentrem paulatim potum calculos per urinam elio-

20 cere, testis est Dioscorides. Mustela, aliis pota contra
quælibet uenenata amuletum dicitur,

COCCOS C N IDIOS, G R A.

N V M U G N I D I V M.

Granum gnidium fructus est thymelææ, non chameleæ

25 ut quidam opinati sunt acri & adurente facultate praedi-
tus, purgat autem per aluum cum aqua potus.

COCCOS BAPHICOS, G R A.

N V M T I N C T O R I V M.

Granum tinctorum leviter siccatur, unde magis vulneris

30 bus, & neruorum itidem cum aceto aut oxymelite, ieiui-
gatum, commode imponitur.

COCCY MELÆA, P R V N V S.

Pruni fructus uentrem subducit, recens magis, aridus

minus: decocto ipsius faecium & guturis inflammatio-

nes utiliter colluuntur. Gunnini quod ex arbore deſtil-
lat, incendi uim extenuandiq; testatur, ob quod nonnu-

PAVLI REGINE TAE

Si frangendis uescicæ calculis esse cū ulno potū affirmat^s
ex aceto, puerorum impetigines persanare. Sylvestrium
prunorum baccaz evidentia astringunt, uentre m̄q; repre-
munt. Nominatur hæc planta in Asia prunum, dome-
stica uero pruna apparent, quæ Damascena appellantur,
quemadmodum Galenus in memoria mandauit.

COLLA, GLUTINUM
Gluten quod ex simila & polline conficitur, emplastica
uim & concoctricem repræsentat.

COLOCINTHA, CUCURBITA.
Cucurbita humidi frigidic; in secundo abscessu tempe-
ramenti est, unde tota si imponatur, calidas refrigerat in-
flammationes.

**COLOCINTHIS, CUCUR-
BITA SYLVESTRIS.**
Cucurbita sylvestris validam purgandi uim obtinet, uiri-
dis ipsius succus infirmitatis coxendicum doloribus aus-
tiliatur.

COMAROS, ARBUTUS,
Arbutus & arbor & fructus acerbae qualitatis est, uocante
eum memycelon: cæterum stomacho aduersatur, & ca-
pitis dolorem facit.

COMMI, GUMMI.
Gummi siccante ui & emplastica pollet, & nimis aspe-
titibus medetur.

CONIA, LIXIVIUM.
Lixiuum ueluti cineri lotum nominatur, omnium ma-
xime absteriorum & siccans est, quod ex fici & titihmal
li cinere præparatur, ac fere iam exedens, quod si calx
etiam cineri addatur, lixiuum redditur adurens: quod
iam protostafon, quasi dicas, quod primum destillaue-
rit, nuncupant, eluentibus potissimum medicinis accom-
modatur. Antecellit autem omnibus uehementia, quod
ex sola calce conficitur.

CONISA, CUNILA.
Cunila utraq; siccata & calefacit in tertio ordine, hinc

Etiam oleum in quo decoquuntur rigores febrium circu-
tu remeantes discutit: flores idem praestant, quorum de-
codum menseis citat, & foetus extrahit: q[uo]d quero in humi-
dis regionibus nascitur, odore grauior & inefficacior est

COPROS, STERCUS.

Stercus quodlibet calefacit, maxime siccatur & digerit: us-
tia autem pro animalis quod ipsum reddit tempera-
mento, & uictus ratione itaque canum quam olla uos-
rauerint simus inarefactus tormenta intestinorum cum
sciso laste, quod Graci uocant potus, sanat:
idem uetera ulcera reficit, si medicamentis in ea effica-
bus misceatur. Hoc anginae, tonsillarumq[ue], inflamma-
tiones cum melle inunguntur. At infantium qui simpliciter
nutriti fuerint stercus hunc malo magis prodest. Lupo-
rum quod candidius in fructibus reperiatur, coli doloris
bus strenue succurrit, non potum modo, sed corpori
etiam adaligatum: alligeatur autem ex lana quis à lupo
enecta, aut pelle ceruina. Caprillum stercus acris mag-
is q[ue] digerens, scirocos tumores illitum discutit, prae-
se septim in duris corporibus: crematum uero ualentius
abstergit exenuatque Eubulum extrahendi quandam
uim obtinet, ideoq[ue]; *uesparum & apium iecibus mede-
tur: quinetiam toti corpori in sole oblitum aquas inter-
cutem praetclare iuuat. Columbatum sylvestrium, quas
palumbes latini dicunt, aliis longe acris cum natura
femine cutem exulcerat. Aium cohortalium ex oxy-
melite, aut acetato, aut mulso potum, uomitum strangu-
lantes fungos educit, presensq[ue]; est remedium hoc quo
que colico dolore conflictantibus potu quidam exhibe-
bant. Nonnulli uero & cicoriarum finum recta cero
uice spirantibus potum auxillari assentunt. Murlum su-
mus reliquis abstergit efficacius, eoq[ue]; pilorum deflu-
via curat, & infantium sedi appositus, ad excretionem
proritat. Sturnorum qui oryza pasti fuerint, abstergendi
exterendi, uim pre se feri, qua cutis asperitates, quas
ephelidas Graci uocant, exterit. Terrestrum crocodilo

* Oribis
sius addit
crabronum

PAVLITÆGINETÆ

*Nimis
Nil.

rum firmus utiligines, quas alphos dicunt, extergit; quæ
admodum fluidatiam, oculorum albugines extenua-
re creditur.

CORALLIVM.

Corallium veluti arborea planta est in lapidis duritiem
coalescens; crescit non in terra, sed in alto mari; colore
rubrum, lapidi simile, siccandi ualidam, astringendi me-
diocrem vim possidet ideoq; cruentis sputis & intesti-
norum tormentibus utile.

CORIS ANIMAL CIMEX.

Cimex acri virtute pollet. Sribunt igitur quidam cum
aceto potum hirudines elicere.

CORIS HERBA.

Coris herba quam alii uocant hypericon, acri est &
odorata, semen eius ad urinam & menseis ciendos bi-
bitur: succurrat & phalangiorum morsibus: item ad opis
shotonum cum oleo inungitur.

CORIANVM SEV CORI-

um coriandum.

Coriandrum ex contraria viribus compositum est, ten-
uis substantia, terrena, amara aquosa autem humiditas
tis tepidae particeps, habetq; modicam vim astringendi
quapropter inflammationibus, erysipelatis non admo-
dum feruentibus conuenit, tumores moillusclos cum
quodam in id efficaci discutit. Semen modice quidem
cum passo bibitum, lubricos pellit liberalius autem sum-
ptum, mentem tentat.

CORYDO S AVT CORT DAL-

lus galera fine alauda.

Alauda autem simplici ure elixa, coli cruciatibus opitula-
tur: assumi autem continue & saep cum ipso ure
debet.

CORONOPVS, PES CORI-

NICUS.

Coronopodis radix & ipsa ad colicos cruciatus profi-
cere manducata creditur.

COSTVS.

Costus modicum quidem amaritudinis plurimum utero acris & calidae qualitatis habet, unde in quibus vel calefacere particulam quampiam cogites, vel ex alto in sumum humorem aliquem eificere, ad costum configiendum est: urinam igitur et menseis ducit lumbros enecat. Quum uero & flatulentu[m] cuiusdam particeps sit, uenerem cum mulso potu stimulat, coxendicunt doloribus resolutis, febrium rigoribus arte accessiones, cum oleo infricatu[s] conductit.

COTILE DONI, FACETA**BVLVM.**

Acetabulum refrigerat, repelit, abstergit, & dissipat: fons dia ipsius cum radice manducata calculos comminuere & urinam cire creduntur.

COCHLEA.

Cocleæ concrematæ impense siccant, & mediocriter et lefaciunt, conferunt intestinorum torninibus, in quibus ulceræ nondum computrescunt, si miscentur harum partes quatuor, piperis albi pars una, gallatinæ pars duæ. At quæ ignem non sunt expertæ, si totæ in pollinem coactæ ventri impontantur, aquam subter cū tem extinuant, prosum item articulariis doloribus applicatæ, quoad sua sponte decideriat: in uniuersum huius morem alte insertum ualide desiccant.

C R A N I A, C O R N V S.

Corni arbori fructus acerbus, si edatur ualide uentrem astrinxit, folia autem & germina acerbitate uehemens ter siccant, adeo, ut maximis durorum corporum uulneribus glutinandi sint.

C R A M B E, B R A S S I C A.

Brassica quæ edendo est siccata, & manducata et à foris imposita, non tamen acrem conspicue vim ostendit, eoq[ue] uulnera glutinat: et dolosa maligna q[ui] ulcera, ac tuus mores solui contumaces persanat: habet etiam nonnihil absteriorum, quo lepras exterit, Semen ipsum pos-

C 1029

PAVLINAGINETE

rum lumbrios occidit; præsertim Aegyptiæ caullum
crematorum cintis adurente ui cōstat, cum adipe longo
gis laterum doloribus utilis. Sylvestris, autem brasica
sativa in omnibus ualidior est, unde nec intra corpus ci-
tra noxam sumitur. Marina, subsalsa leuiterq; amara, s-
aluum soluit.

CRATÆOGONOS.

Cratæogoni herbae semen & acre gustanti depræhendi-
tur & frigidum, milio simile.

CRETMON.

Crethmon salsum est simul & amarum, sed modice,
quare & uis ipsius est abstensoria & desiccans.

CRITHE, HORDEVM

Hordeum refrigerat siccaturq; in primo abscessu, uerum
nonnihil etiam extergit; ceterum fabarum lomento sicc-
itate præcellit, minus flatulentum est polenta hordeo
multo magis siccata pīsana præter quod largius humet
est, etiam abstergit uehementius.

CRIMNON.

Quod in tritici & zeæ farina crassius est, crimnon ap-
pellatur, validius nutritius quam polenta: ægrius autem
conficitur crimnon poltos, seu poltarion, quod Roman-
i pūticulam appellant.

CRINON, LILIVM.

Lilii flos temperamento mixtus est, ex tenui substantia,
terrestris & nonnulla aquosa temperata; quapropter oleu-
quoque ex eo confectum discutiendi uires, molliens
dig; representat, uuluz inflammationibus accommo-
datus. Radix ac folia siccant, abstergunt, discutuntq;
mediocriter, quo sit ut ambustis conferant: succus ipso-
rum & neruorum vulneribus cum oxymelite prodest.

CROCODILION.

Crocodili semen & succus calidam, siccum & discutien-
tem vim pre se fert, urinas itaque & menseis mouet ras-
dix excretiones e pedore iuuat, item sanguinem per
nareis ducit.

Crocus

CROCUS.

Crocus ad secundum calefacientium ordinem primum
siccantium refertur, astringit et concoquit.

CROMMION, CEP A.

- 5 Cepa ex quarto calefacientium ordine habetur, substantia crassioris, quam obrem hemoroidas appositu appetit: item abstergit: uitiliges, alphas dictas, cum accido exterit, defluos capillos ocyus alcyonio restituit, succus oculis suffusis aut crassi humoris uitio hebetibus ausiliatur.

CYAMOS: FABA.

Faba non multum à medio temperamento recedit, sive refrigerando, sive siccando: caro ipsius nonnullus etiam absteriorae qualitatis est, excretionibus è thorace & pulmonibus utilis: quem autem cortex fabæ nonnihil quoque astringat, tota ipsa imposca decocta cœliacis & dysentericis conduit, illata uero inflammationibus & tumoribus medetur, lac in mammis extinguit.

CYANOS.

- 10 Cyanos acrem habet uim detrahendi, & discutiendi matorem q̄ cinnaberis: astringens quoque particeps est.

CYCLAMINVS.

Cyclaminus uarias uiteis habet: etenim extergit, incidit, aperit, attrahit, & dissipat: succus itaque ipsius hæmorrhoidas sedi admotus aperit, duritas cum aliis discutit: cum melle suffusis proficit, per nareis purgat, abdomini inundatus aluum subducit, foetus corruptus: radix autem tota succo quidem est imbecillior, sed & ipsa uehes mens adeo est, ut cum nulla instar trium drachmarum pota, interanea expurget: cæterum cutis uitia exterit. Altera cyclaminus, quam etiam cistanthemon uocant, radice donata inutili, semen habet efficax, ut potum priori similia faciat.

CYMINVM, CVMINVM

- 15 Cuminum in tertio ordine calefacit, urinam mouet, & flatus discutit.

PAEGIN.

QQ

PAVLI ÄGINETÆ
CYNOSBATOS, RVBVS
CANINV.

Rubi canini fructus non infrenue astringit: folia id præstant medicocriter, at quod in fructu lanæ specie præse fert, ceu arteriæ inimicum caueri debet.

CYPARISSVS, CUPRESSVS.

Cupresi galbuli & turiones siccandi uiribus pollent, nullo calore conspicuo: quapropter uulnera magna in diversis corporibus conglutinant, & in flaccidis putridisq; ulceribus in alto fixas humiditates, circa noxam depascantur, intestinorumq; ramicibus opitulantur.

CYPERS, IVNCVS QVA
dratus seu angulosus.

Iuncus quadratus calefacit siccatisq; citra mortuum, hinc etiam humidioribus ulceribus cicatricem mirabiliter inducit, ac oris ulceræ persanat: habet & uim quandam in cisoriam, qua calculos comminuit, urinam & menstrua promouet.

CYPROS.

Cyprifolia & surculi mixtis constat uiribus, discutente & astridoria, tum ea quæ sine offendiculo & mortu si cet: ideoq; decotum ipsorum ambustis superfusum prodest, ac igneis inflammationibus congruit. Item oris eruptiones, quas aphthas uocant. ipsa arbor commanducata persanat: item medicinis lieni dicatis miscetur.

CYTISVS.

Cytisifolia discutentis leniter, & tepidae naturæ sunt, quemadmodum et maluæ.

CONIVM, CICVTA.

Cicutæ uires summe refrigeratorias esse omnibus constat.

CONOS, PINVS.

Pini cortex & folia piceæ uiribus respondent, sed acrida efficacioraq; sunt: fructus, quem etiam strobilon appellant, uiridis, amarum quiddam & acre, cum humiditate posidet, quare thoracis affectibus ad faciliè ex crea

tum accommodatur:esculentus in aqua maceratus ut acrimoniam exuat, temperatus redditur, rostionis expers, opplens unguine suo obstruens q; ut etiam asperitates leuitet.

5 QVÆ AB L ORDIVNTVR.

LAGOPVS.

Lagopus siccæ facultatis est, qua alii fluores desiccat.

LADANON.

Ladanon ex cistro Lyprio frutice ladone dicto, nascit ^{l Deest in}
tñr, quem capræ pascentes barbis & femoribus quod ^{impresso}
pinguius & liquori simile est, ab eo auferunt, idq; colle^s
etum ladanon est medicamen præstantissimum, in secū
do ferè ab cefalu calidum, natura tenue, emollientis me^s
diocriter, discutens & maturans, eoq; uteri affectionis
15 bus peculiarter conuenit: habet præterea nonnullas
astringendi uireis, quibus defluos capillos confirmet.

LATHYRIS.

Lathyrin & ipsam titthymali speciem esse dicunt, quod
eius succus, illius modo purget, semen autem huius præ
cipuum purgandi uim habet.

LAPSANA.

Lapsana manducata stomacho nocet, illita uero nonni
hil abstergit discu*it* q;.

LAPATHVM, RVMEX.

Rumex mediocriter discutit, acuta rumex, quæ oxylo^s
pathum dicitur præter id etiam pauxillum repellit: se
men autem præsertim oxylapathi, astringens alii pro^s
fluua, diarrhoeas dicunt, & intestinorum tormenta pefsa
nat, folia uero semini contraria faciunt: haec etenim
30 comesta aluum mouent, illud potum ipsam com^s
primit.

LEMONIVM.

Lemonii fructus austerus cum uino cœlacis, dysenteri
cis, & sanguinem spuentibus datur, item ad fluorem mu
35 liebrem acetabuli mensura.

LI CHEN HERBA.

QQ ii

PAVLI AEGINETÆ

Lichen herba in petris nascens muscum repræsentat, uis ei est exterendo purgare mediocriter siccare, & refrigerare: in petrines sanat, inflammations arcet, & ut Dioſcoridis uerbis utar, sanguinis eruptions fistit.

LICHENES EQVORVM.

Lichenes equorum triti cum aceto, comitilibus, et omniū uenenatorum morib⁹ mederiferuntur.

LEONTOPETALON:

Inſtaura
tum ex
Galen⁹.

Leontopetal radix & ſiccæ & calſacientis in tertio ordine facultatis eſt, nec non diſcūſſorū.

LEPIDION.

Lepidion, quam & hiberiada uocant ex tertio calefacientium gradu eſt, naſturtio proximum viribus, minus autem eo deficcat.

LEPI S, SQ VAMA.

Squama omnis ualide ſiccat, aſtrigit, nec ignauiter mordet, Sed æris amplius ſiccat, extenuatq;: cui nonnihil æruſinis adeſt, magis q; ea quæ ex Cypris clavis raditur, quam propterea etiam helitum quasi claualem appellant. At ferri ſquama liberalius aſtrigit, atque hac magis ſtomomatis, quapropter ad contumacia malignave ulcera præſtantior eſt, ſed æris, carnem magis purgat & conſumit.

LEV CACANTHVM.

Leucacanthi, quod alii polygonatum, alii iſchiada uocant, radix incidit quidem, & in tertio ordine ſiccat, in primo autem calefacit.

LEV C A S.

Leucas calefacit ſiccatq; in tertio ordine, acrimoniauerro præpolleret.

LEV COION, VIOLA ALBA.

Alba uiolæ totus frutex abſtergendi extenuandiq; uires poffidet magis autem flores, & ex eis, ſicciores: id circa & mensis stimulant, foetus corrumpunt expelluntq; ac ſiquis aquæ miſtura uim iſlorum obtundat, etiam inflammationibus conducent, præſertim uteri: ra

LIBER SEPTIMVS.

307

dices eadem præstant, crassiore magisq; terrestri natura
prædicta: ex aceto inflammationibus in scirrum coales-
centibus imponuntur.

LEVCE, POPVLVS ALBA.

Populus alba aquosa, repida terrestriq; constat substantia
tia uiribus absteriorijs.

LIBANOTIDES.

Libanotides tres numerantur, una sterilis, duæ fructum
ferentes, uires illis extergendi, incidendi, discutiendi: &
enollandi, succus eorum oculis ex humorum crassitie
hebetibus salutariter ex melle imponitur, coronariae ue-
ro libanotidis decoctæ ius, regio morbo laborantibus
recte bibitur.

LIBANOTOS, LACHRYMA

THVRIS.

Lachryma thuriæ in secundo ordine calefacit, in primo
siccat, habet et modicam quandam uim leuiter astringē-
tem: cortex ipsius manifesto astringit, siccaturq; in secun-
do abscessu absolute, crassior thura et minus acris: hinc
sanguinem spuentibus, dysentericis, celiacis, et stomac-
chicis, tum foris impositus, tum intro assumptus, saluta-
ris est. Surculus ipsius calefacit siccaturq; tertio in abscessu
atque nonnihil extergit: quo circa oculorum ulceræ et
purgat et explet.

LIGNIS, FVLIGO.

Fuligo specierum quarundam concrematum, nempe
lachryma thuriæ, myrræ, terebinthi, styracis, picis liqui-
dæ, cedri, ueluti puluis quidam est, qui Græcis æthale
dicitur cum fumo ascendens, obtinet quidem siccantē
et terrestrem tenuemq; substantiam, particulares autem
ipsius differentiae iuxta materiæ combustæ rationem si-
unt. Utuntur ea potissimum in medicinis oculariis, et
ad honestandas palpebras accommodatis, at thuriæ ful-
igo omnibus est utilior, ut quæ mitior: contra piceæ, pi-
ni, et tede ualentior est, quo sit ut ad glabrescentes palpe-
bras alijs subnascentibus, distillantes et erosos oculos.

QQ iii

PAVLI AEGINETÆ

rum angulos, illachrymantesq; recte adhibeatur.

L I G Y S T I C V M, L I G V S T I C V M.

Ligustici & radix & semen adeo calefaciunt ut menseis
cident, flatusq; probe discutiant.

L I T H A R G Y T R O S, A R G E N^s
T I S P V M A.

Argentis puma medii inter metallica ordinis est, eoq;
ceu materie ipsa aliis medicinis mixta subinde utimur,
siccata tamen mediocriter, abstergit & astringit: inde fea
morum attritus persanat.

L I T H I, L A P I D E S.

Lapides omnes terræ modo desiccant, sed hæmatites
astringit & abunde siccata, quare etiam oculorum asperi
tates exterit, quum quidem inflammatione carent, ex
aqua: quum uero illa tentantur, ex ouo: ceterum ad spu
ta cruenta bibitur utiliter, ulcera supercrescentia compe
scit. Schistos lapis superiori quidem consimilis est, sed
imbecillior, mox galactites id est, lactarius sequitur. Me
litites cuiusdam etiam caloris compos est. Morochthus
quem alii à candore lactis, leucographida vocant, quo
prædictis omnibus mitior est (nullas enim habet uireis
efficaciores) eo moderatur, magisq; dolorem lenit,
eamq; ob causam in teneris corporibus cum cerato ad
cicatricem ulceribus obducendam eo utuntur. Iaspis
qui subuiri colore est quum efficacior sit, oculorum
cicatrices & pterygia extenuat: uiridis autem iaspis adal
ligatus & in anulo gestatus cibum in stomacho non co
tinentibus confert. Iudaicus dictus renum calculos con
terit, unde etiam recentiores tecolithon appellant. Py
rites ualide discutit tumores, sanguinemq; in grumos
concretum: cuius quum facultas non est, molari utun
tur. Phrygius præter quod ualenter desiccatur, non nihil
etiam astringit roditq; unde & repellere & digerere po
test, eoq; oculariis miscetur remediis. Ageratus astring
endi discutiendiq; uirtutis compos, gutturis inflamma
tionem curat. Asiaz petræ flos tam subtilem naturam

- habet, ut humentes & flaccidas carnes circa rationem
absumat. Gagates affatim siccans inflationibus praeser-
tim diutinis expedit. Magnes, quem & Heraclium las-
pidem uocant, & quales haematiti uireis repræsentat.
Arabis ebori similis, siccandi cepurgandiq; uireis ha-
bet. Alabastræ combusti cinerem stomachicis nonnullis
libibendum exhibent. Smyris extergit, dentifriciis ac
commodatus. Quin spongiis inueniuntur lapilli, res
num calculos frangunt. Similes his uireis habent qui in
Argo Cappadociæ monte nascuntur. Similiter &
ophites dictus, qui adalligatus contra uiperatum mors-
sus confert. Ostracites hoc est, crustaceus, & geodes à
terra quam intras complectitur appellatus, abunde sic
care feruntur, ideoq; inflammatis tumoribus mederi.
Naxæ cotis detrimentum virginum mammaris &
puerorum testiculis utile est, ne nimium crescant. Quod
uero ex olearia cote detritum fuerit abstensionia ui-
natum alopecias explet. Hieracitin & Indicum las-
pidem alligatum contra hemorrhoidas ualere perhi-
bent. Sapphyrus potus, scorpionum istibus aduersa-
tur. Aphrozelenes, comitialibus potui datur. Ar-
meniacus, inferiorem uentrem purgat, sed stomacho
nocet.

LITHOSPERMON.

- Lithospermon, quod alli diosporon, alii heraclion uo-
cant, herbaæ aeronichi dictæ semen est lapideum, als-
bum, quod cum uino albo potum calculos frangit, &
urinas ejicit.

LINOSPERMON, LINI SEMEN.

- Lini semen ex primo gradu calidum est, inter humedadā
tia siccantiæq; medium, manducatum flatibus creandis
est, uel si frictum fuerit.

LINOZOSTIS, HERBA MERO.

C. VRIALIS.

- Herba mercurialis aluum liberaliter subducit, illata

QQ. iii

PAVLII AEGINETAE

IHAC in Græco exēplari superiori medicis mēto per pta erant

discutit, LSciendumq; est eius semen infricatum corporis excrescentias præter naturam, quas uulgas uocat naphia, abolere, sicut experientia comprobatum est. Sed uiride semen esse oportet, et frequenter ipsum tuberculis illis infricare.]

L I T R V M , N I T R V M .

Litrum medium inter aphronitrum et salem uirtute est, crematum magis extenuat discutitq; et si intro sumatur, crassos uiscososq; humores plus cæteris incidit et extenuat. Chalastreum uero (est autem Chalastra Thessalicae locus) acrius fuscantiusq; est, quare ad capitis destillationes et articularios cruciatius eo utuntur.

L O N C H I T I S .

Lonchitis, cui semen triangulum est lanceæ simile, rassis dauco æqualis, urinam mouet; eius uero quaæ scolo pendrio respondet, folia uiridia uulnera glutinant, siccata uero cum acetô pota lienibus induratis medentur.

L Y C O P S I S .

Lycopsis radix quum sit astrigitoria, cum polenta illita sarcis ignibus authore Dioscoride conuenit; si leuis cum oleo inungatur, sudores elicunt.

L Y C I V M .

Lycium ex diuersis genere substantiis constat, calida, tenua et discutiéte, terrestri uero frigida et leviter astringente, ut in secundo abscessu desiccat, calefaciendo refrigeransq; medium est, hac de causa tenui absteriorio in oculis obscuratis eo utuntur; tanquam astringenti, in coecitatis, torminibus intestinorum, et maleficis ulceribus: at contra inflammations, ut discutient cæterum prius obtinet Indicum.

L Y S I M A C H I V M .

Lysimachium uim habet excellenter astrigitoriam, qua et vulnera glutinat et sanguinem compescit, tum ipsum tum ipsius succus, intestinorum tormina et potum et ab inferioribus partibus inieclum sanat.

L Y C H N I S .

L I B E R S E P T I M U S.

303

Lychnidos coronaria semen calidum est & siccum in se
cundo abscessu, eoq; absoluto.

L O T V S H E R B A .

Lotus domestica, quam nonnulli triphyllon appellant,
abstinentias uireis obtinet & modice siccanteis, calore
temperata est. At sylvestris loti semen ad secundum cas
lefacientium ordinem refertur, habet autem nonnihil etiam
abstinentiorum. Aegyptia^e semen in panes quoque effun
gitur.

L O T V S A R B O R .

Lotus arbor extenuat, siccatur & mediocriter astringit, qua
de causa ad fluxum muliebrem, alii fluores pota cum
uino aut aqua, aut etiam in aluum data salutaris est, pilos
defluos confirmat.

Q V A E A B M A V S P I C A N T V R .

M A C E R .

Macer cortex est qui ex India importatur, tertio ordine
siccatur, inter calorem & frigiditatem medium obtinet: est
etiam astringens tenuisq; unde coeliacis & intestinorum
torminibus auxiliaris habetur.

M A L O B A T H R O N .

Malobathri folium æquales spicæ nardi uireis repræ
sentat.

M A L A C H E , M A L V A .

Malua sylvestris mediocriter discutit & emollit: hortens
sis autem, ceu humidior etiam imbecillior est: semen tan
to uiribus præstat, quanto & siccius est.

M A M I R A S .

Mamiras ueluti radicula herbae cuiusdam est ceu genis
culis frequentibus nodosis, quæ cicatrices & albugines
extenuare creditur, exterendi nimimum facultate prædicta.

M A N D R A G O R A S , M A N

D R A G O R A .

Mandragora tertii refrigerantium ordinis est: mala ip
sius caliditatem quamplam & humiditatem referunt, un

PAVLI AEGINETAE

de soporem grauem homini possunt accersire: at radi
cis cortex uehementissimus, non refrigerat modo sed
etiam siccatur, *interior eius pars imbecillior est.

M A N N A T H V R I S.

**Græce habebat τὸ δέ δὲ τὸ οὐρανὸν αὐτὸν σειράς* Manna thuri similes thuri uires habet, fed remissas &
δέ ποι αὐτὸν σειράς sensim astringentes.

M A R A T H R O N , F O E N I C V L V M.

Fœniculum calefacit in tertio ordine, in primo siccatur.
hinc etiam laeti generando est, & suffusis auxiliatur.

M A S T I C H E .

Mastiche, Chia quidem calefactur siccaturque in primo ab
scissu, cæterum compositæ est facultatis, astrictione & sis
mul & emollientis: hanc ob rationem stomachi uentris,
intestinorum & iocinoris inflammationibus recte ac
commodatur. Aegyptia, nigriore colore quadammodo
siccatur magis & discutitur, minus astringit, hinc furuncu
los quoque dissipat.

M E L A N , A T R A M E N T U M I N D I C U M.

*Impres. Atramentum Indicum authore Dioscoride in genere
sum exēs leniter *astringentium est, quæ inflammations laxosq;
plarū tumores, cœdemata uocant, rumpunt, ulcerantur, purgant.

M E L A N T E R I A , C R E T A S V T O R I A .

Dioscor. Creta sutoria impense astringit extenuatque:
dis codis M E L A N , A T R A M E N T U M
ces suphi scriptorium,
των hætit.

Atramentum quo scribimus abunde & ipsum desiccat,
solutum uero posca ambustis si illinatur, præsenti est
remedio.

M E L A N T H I O N , N I G E L L A .

Nigella in tertio ordine calefacit & desiccat, est etiam
tenui natura prædicta, unde destillationibus in nareis, ol
factu prodest, intus assumpta discutiendis flatibus singu
laris est: quinetiam amari partices deprehenditur, quo lū

bricos interficit: abstergit & incidit, hinc quoque recta ceruice spirantibus commode exhibetur, item lepras exterit, myrmecias elicet, & menstrua incitat.

M E L I, M E L.

Mel calcavit & siccavit ordine secundo, abstergit, insigniter: coctum minus quidem acre sedatur, deteriorum & uentri subducendo accommodatum, uerum magis nutrit. Amarum mel, sicut & id quod in Sardinia fit, misitas habet uireis, terrestre & calidam. At mel lachar quod ex felici Arabia conuehitur, minus dulce nostro est, sed aequalis uireis obtinet, prater quod nec stomacho noscerat, nec stim faciat, quemadmodum hoc nostras.

M E L I A, F R A X I N V S.

Fraxinus nota arbor est, folia eius pota uiperarum mortis bus succurrunt: cortex crematus, illitusq; ex aqua lepras separat, ligni uero rameta si bibatur, lethalia else ferunt.

M E L I O T O S, S E R T V L A

C A M P A N A.

Sertula campana diversis facultatibus pollet: astringens di, discutiendi & concoquendi.

M E L I S S O P H Y L L O N, A P I A S T R V M.
Apiastrum uitibus marrubio per omnia responderet.

M E M Æ C Y L O S.

Memæcylos* arbuti fructus, in litera C comprehesus est.

M E S P I L A.

Mespila, alii tricocca quasi trigrania vocant, fructus est af-
fatum acerbis, & uix esculentus, aluumq; continens: ger
mina foliaq; mespili impense acerba sunt.

M E D I O N.

Medii radix uireis semini contrarias præ se fert, quippe auftera est & fluxiones comprimit, ideoq; muliebrem fluxum fistit: semen quam tenuis incidentisq; sit facul-
tatis, mens eius quoque proritat.

M E C O N, P A P A V E R.

Papaver multiplex est: hortensis qdē, quod etiam thyl a
cittin cœu utricularium uocat, semen est esculentum, si cū

*Male est

in græco

xp̄x̄v̄īos,

hoc est

corni p

xoμαρp.

p

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

o

<p

PAVLI REGINE, TÆ

pāne affumatur, mediocriter somnum concilians. At rhœas appellatum, inde quod semen ipsius celeriter defluit, ualidius ipsum hortensi est: manducatur itaque non per se, sed momētum copiosiori melli mixtum. Quod ueluti decident, ac depresso calyce est, nigrum semen habet & medicatum, nimis quam frigidum. Quod prolixiore & proceriore constat calyce, medicatus uniuersus est, qua propter stuporem inducit quo usque interimat. Nam & ipsum & eius lachryma, quam per excellētiam optione nuncupant, quarto refrigerantium abscessu ascribuntur. Cornutum papauer astringendi uitreis sortitur, ideoque radicis ipsius decoctum potu iocinoris auxiliatur: folia autem & flores per quam sordida ulcera expurgant, crustasque tollunt. Heraclion & aphrodites id est spinosum papauer dictum, semen habet pītuitæ purgandæ accommodatum.

M E L A , M A L A .

Malis omnibus frigida & excrementicia inest humiditas: & quæ in eorum censu tenera & aquosa sunt, frigiditate cæteris & humiditate prestant: dulcia aquosa quidem, non tamen manifeste frida sunt: austera dulcibus quidem frigidiora, sed minus humida: acida frigida quidem & ipsa, uerum incendi humores uentriculo inharentes uim testantur: acerba cuiusmodi cotonea & struthia sunt, frigido & terrestri donata tempeamento, uenit supprimunt, vulnera glutinant pari modo folia, sucii, & cortices arborum inter se differunt.

M E L E A , M A L V S P E R S I C A .

Mali Persicæ surculi & folia euidenter amara sunt, eoque concisa tritaque; umbilico imposta lumbricos enecant: fructus autem ipsius, nempe Persicum hoc esculentum in secundo ordine frigidum humidumque existit.

M E L E A , M A L V S A R M E

N I A A C A .

Mali armeniacæ fructus, quæ nunc vocant mala præco, consimiles Persicis uitreis refert.

LIBER SEPTIMVS.

312

M E O N .

Mei radices in tertio ordine calefaciunt, in secundo siccant, ideoq; urinam & menseis cident: liberalius meon as sumptum, capitis facit dolores.

M I L A X .

Milax tam Iæuis quam aspera, arbores amplexa, calidæ acremq; facultatem posidet.

M I S T .

Misy medicamentum est ex iis quæ crustam faciunt & adurunt, valenterq; astringunt, minus autem quam chalcitis eredit, quoniam tenuius ea est: cæterum chalcitis & sori uetusitate in misy mutantur, à superficie incipiente statim mutatione.

M O L Y B D A E N A , P L V M B A G O .

Plumbago argenti spuma ureis habet, à medio temporeamento ad frigidius digressa.

M O L Y B D O S , P L V M B V M .

Plumbum refrigeratoria virtutis est, habet et humidæ substantia plurimum, quod ex frigore coaluerit. Trito igitur in eo aut uino, aut immaturo oleo, aut quoddam succo refrigerante, ad naturalium et sedis ulcerosas inflammations excellentissimum erit remedium: lamina uero plumbea super lumbos gestata, ueneris insomnia cohabet. Item bractea tenuis ganglio imposta, ipsum dissipat. Concrematum plumbum validius quidem siccatur, sed et acrimoniæ non nihil obtinet: si eluantur, tum si ne rosiōe siccat, tum maleficiis ulceribus præsentaneum est remedium.

M O R Æ A , M O R V S .

Mori fructus maturus quidem aluum subducit et me dicamentis *stomaticis aliis quæ moderatam requirunt astrictionem utiliter miscetur, immaturus ubi exaruerit, nois ap. 50 perquam obstruens fit medicamentum: cortex autem ra μετηκοις, dicit arboris etiam amaritudinis cuiusdam particeps instauratur.

purgare pores, eoq; latos lumbricos occidit: foliorum tu ex Græ autem surculorumq; uis subducentium et corruptim leso.

*Græce

est σομαχε

nois ap. 50

μετηκοις

PAVLI AEGINETA

Etum media quodammodo existit.

M Y A G R O S.

Myagris semen pingue est. quod in eo oleosum habetur, oppendi uires repræsentat.

M Y A C E S, M Y T V L I.

Mytuli combusti, eundem cum buccinis effectum præstant, proprie uero eloti palpebrarum asperitatem & alios bugines cum melle extetunt, caro ipsorum canum mortibus utiliter imponitur.

M Y A R O N.

Myaron, quam alii melampynon appellant, herba ferulacea est & pinguis, uidetur autem ipsius pinguitudo corporis asperitates lauigare.

M Y E L O S, M E D U L L A.

Medul'a facultatis est quæ indurata ac in scirrum crescentia corpora emollit. Laudatissima est ceruina, mox uitulina, taurina, hircyna; aerior est, magisq; siccata & quæ in artibus cōtinetur pinguior est magisq; emolit: quæ despina elicetur, durior squalidiorq; est.

M Y C E T E S, F V N G I.

Fungifrigidi & humidí admodū temperamento sunt, nonnulli ipsorum manducati, etiam exitium adferunt, præsertim qui inter ipsos natura constant putride qualitatibus participi.

M Y O S O T E, M V R I S A V

D I T U M I U M I B R I C V L A.

Muris auricula dicta est alsine.

M Y X A,

Myxa arboris fructus est minor quidem prunis, facultate uero confimilis.

M Y R I C A, T A M A R I X.

Tamarix incidit extergitq; ita ut manifeste non siccet, sed astrictionem quoque nonnullam obtineat, qua de causa decoctum ipsius potum lienes adiuuat, item dentium doloribus medetur. fructus autem & cortex ipsius

LIBER SEPTIMVS. 312

gallæ uirtute proximus est : cñis arboris uehementius
exiccat.

M Y R I O P H Y L L O N, M I L^o
L E F O L I V M.

5 Millefolium tantam siccandi uim posidet , ut uulnera
conglutinet.

M Y R R H A, V E L M Y R R H I S.

Myrrha in secundo ordine calefacit, ac nonnihil etiam
extenuat, radix ipsius odorata dulcisq; est, mēsibus mo/
10 uendis, & humorib; e thorace & pulmone repurgans
dis idonea.

M Y R R H I N E, SEV M Y R S I
N E, M Y R T V S.

15 Myrtus ex diuersis composita est substantiis, pollet in ea
terrestris frigiditas, qua ualenter siccatur at myrtula truncō
et ramis ipsius adnascens tumida , maiore ui in astrin-
gendo et siccando scatet , iam uero et folia aridior/
ra uiribus magis siccant : item fructus succusq; tum
foris applicatus , tum intus assumptus , persimileis
uireis præ se fert.

M O L Y.

20 Moly, quod nonnulli rutam sylvestrem , alii armanam
dicunt, Syrii besafam, tertio calefacentium ordinis annus
meratur, suastantia tenue, hinc crassos humores uisco/
25 losq; incidit, discutit et urinam promouet.

Q V A E AB N I N C I P I V N T.
NAOCANTHON.

30 Naocanthon, sunt qui naeaphthon dicunt, Indicum est
odoramentum, quod ad astrigatos foeminarum locos
suffici uaporetur.

N A P Y, S I N A P I.

Sinapi calefacit siccataq; in quarto abscessu.

N A R D O S T A C H I S, S P I C A

35 N A R D I.

Spicæ nardi radix calsificat i primo, siccata in scđo ordine

PAVLI AEGINETÆ

particeps est etiam astringentis cuiusdam qualitatis, acris
et subamaræ, iocinori prodest et stomacho, extrinsecus
admota et ebibita, urinam mouet et interaneorum flu-
xiones deficcat: sed Indica ualentior est quam Syriaca
et nigror.

NARDVS GALLICA.

Nardus gallica superiori uireis habet & qualeis, sed imo
becciliores, præterquam ad urinam ciendam, calidior
enim est quam illia, minusq; astringit.

NARDVS MONTANA.

Nardus montana, quæ nonnullis thylacitis, pyritisq; dis-
citur, commemoratis est infirmior.

NARTEX, FERULA.

Ferula semen extenuat calfacitq;: medulla ipsius uitidis
adhuc astringit eoq; sanguinem spuentibus et coeliacis
accommodata est.

NARCE, TORPEDO MAGNA

Torpedo marina uiuens capiti imposita dolores eius
arcet, idq; forsitan eodem illo torpore quem membris ea
contingentibus inducit: oleum in quo uiua decocta fue-
rit, ad aciores articulorum crnickus leniens inungis-
tur: eadem torpedo anum procidentem coercere appo-
sita fertur.

NARCISSUS.

Narcissi radix adeo deficcat ut maximis vulneribus sit
glutinans, imo etiam tendinum præcisionibus con-
fert, ceterum abstergendi et attrahendi vim quandam
habet.

NEVRAS, SEV POTERION.

Neuras, quod ali poterion uocant, sine rostione deficcat,
ut et ipsa neruos præcisos igtutinet: radices autem potis-
sum hunc effectum præstant, & impositæ, et potæ.

NERION, AVT RODO DAPNE.

Nerion extrinsecus illium vim refert discussoriam: si
intus

L I B E R I S S E P T I M U S .

313

intus assumatur, occidit.

N Y M P H A E A .

Nymphæa uireis habet sine rostione siccias, quibus & ue
trem reprimit, & genituram arefacit: uerum alba radice
donata ualentior est, eoq; fluxum muliebrem cum uis
no nigro & austero pota persanat: quæ nigram refert,
deteriora quoque ui nonnulla pollet, eaq; uistiligines, al
phos dictas cum aqua exterit: pilorum desuua cum pi
ce liquida illita replet.

Q VÆ A B X O R D I V N T V R .

X A N T H I O N , A V T P H A S G A N I O N .

Xanthion phasganiumve fructum fert discutiendi uir
bus præditum.

X I R I S , A V T X I R I S .

Xiris natura tenuis est, discussoris, & extrahentis, ac nis
mirum siccatoria, præcipue semen, quod & urinam cie
& lieni indurato medetur.

X I P H I O N , G L A D I O L V S .

Gladioli radix trahit: discutit, & siccatur.

Q VÆ I N I T I V M H A B E N T A B O .

O E , S O R B V S .

Sorbus arbor cuius fructus oa, à nonnullis & dicitur,
astrigendi uim obtinet, sed minorem mespilo.

O T H O N N A .

Othonnam, alii herbæ esse succum in Arabia ad Aegy
ptum nascentis asserunt, alii lapidem Aegyptium: deter
git autem eroditq; Otnnia quæ claritati oculorum offe
ciunt, exterens.

O E N A N T H E , L A B R V S C A E M

V I T I S F L O S .

Oenanthe sylvestris uitis flos est, ulius plurimi, quoniam
insigniter astrigit, stomachumq; & aluum maxime fir
mat: Dioscorides autem aliam describit oenanthen co

PAV. AEGIN.

RR

PAVLI REGINETÆ

trariis donatam uiribus, unde secundas eam eicere, & urinæ stillicidio, morboq; regio mederi tradit.

SU MANDI OENOS, VINUM.
Vinum calore & siccitate insita, secundi ordinis est: quod admodum uetussum est, tertii: Mustum uero primi.

OESYPVS, LANÆ PINGVEDO,
Oesypus in sermone de lanis explicata est.

OLINTHI, GRASSI.
Grossi acrem & discussoriæ uini obtinent, liquoris gratia qui in ipsis continetur, coquuntur duros tumores dissipant: crudi myrmecias & thymos extertint.

OLOSTEV.M.
Olosteum siccitat astringitque, hinc eo ad rupta utuntur.

OMPHACIVM.
Omphacii succus est uua immaturæ, astringens egrediæ & siccans in tertio abscessu: eoque fluidis affectibus & præsertim stomachicis, accommodatur.

ONAGR.A.
Onagra, quam nonnulli onotheram, alio onothurin dicunt, frutex est arboreus, cuius radix illita, ferocientia ulcera mitigat.

ONOMA.
Onoma, uel onomis, uel phlomitis, uel ononis, acrem amaramq; uini obtinet, eamq; ob causam folia eius cum uino pota, fecitus occidunt expelluntur.

ONOBRYCHIS.
Onobrychis uir rarefaciendi & discussoria, tubercula, quæ phymata dicuntur, dissipat, urinæ stillicidio medetur, & sudores prouocat.

ONI, ASINI SEVMVL TIPEDÆ.

Multipedæ quæ in humidis locis agunt, & tactæ in orobem se conduplicant, discussiunt siccantq; potæ cum uino urinæ angustiis & arquato medentur, anginæ itidem cum melle iisdem illinuntur. Item detritæ cum rosaceo calfactæq; in mali punici cortice, auribus dolentibus fa-

Iulariter instillantur.

O N Y C H E S , C O N C H U L V Æ

I N D I C Æ.

Onyches conchylorum Indorum opercula sunt, quæ suffitu strangulatione vulvarum concidentes foeminas excitant, item comitialeis: potæ alum turbant.

O N O N I S .

Ononis radice constat quæ in tertio fere gradu calefacit cortex ipsius extergit, & incidit, unde etiam calculos conterit.

O X O S , A C E T U M .

Acetum mixtæ est naturæ frigidæ & calidæ, sed utriusque tenuis, frigida tri calidæ excellit, cæteræ in. iii. ordine siccata

O X I A C A N T H O S .

Oxyacanthus arbor piro sylvestri & figura & uiribus æ qualis est, habet & subtile quispiam coniunctum: sed fructus ipsius myrti baccis respondet.

O P I V M .

Liquores, & Cyrenaicus, & Medicus, & Syriacus per excellentiam opium dicuntur, calidi natura, & perspiratus discutientes insigniter: uerum Cyrenaicus cæteris est calidior tenuiorque.

* Galenus impreffus
habet 3.
m's. Paulus & Ori
basius 3.
mora.

O R I G A N U M .

Omnia origani genera incidendi, extenuandi, siccandi, et calefaciendi uireis in tertio abscessu ostendunt.

O R E O S E L I N U M , A P I V M .

M O N T A N U M .

Apium montanum uiribus domestico æ quale est, sed imbecillius.

O R O B A N C H E .

Orobanche siccæ & frigido temperamento est, iuxta prium ordinem.

O R O B O S , E R V U M .

Eruu calefacit in primo gradu, siccata in secundo, amaru est, quapropter incidit, detergit, obstrueta aperit, libera

lius sumpturn, sanguinem per urinam expellit.

O R M I N O N .

RR ii

PAVLITÆGINETÆ

Orniton marrubio specie simile est: calidum medicriter siccum & abstergens, uenerem igitur stimulat, & oculorum crastites cum melle repurgat, tumores laxos discutit, & extrahit aculeos. Sylvestre doméstico est ualentius.

O R Y Z A.

Oryza uim quandam astrictoriam præ se fert: qua etiā uentrem mediocriter cohibet.

ORCHIS HERBA.

Orchis herba (nominatur aut cynosorchis, id est, testiculus canis) radicem habet bulbosam & duplicem: uis aut maioris, humida & calida, eoq; ueneri incitandæ est: minoris, calida & siccata, contra igitur uenerem coerct.

ORCHIS, SERAPIAS.

Orchis, quæ & Serapias dicitur, aliis triorchis, priore ualentius desiccata, quare laxos tumores dissipat, ulcera solidata & putredini obnoxia repurgat, herpetas abigit: ina refacta autem magis siccata, quoniam uero substringere idonea est, aluum quoque cum uino pota retinet.

O S Y R I S.

Osyris, ex qua medicamenta ad exterendam leuiganam: cutem, Græci coremata vocant, fieri solent, amara est, & iecoris laxandi uiteis habet.

O S T A, OSSA.

Ossa concremata uehementer discutunt siccantiq;: præ fertim id facere dicuntur humana: atqui suillus talus cō bustus, inflationibus & circa umbilicum torminibus mederi dicitur, quemetiam ossa cremata si potu quis ex hibeat, morbum comitialem & articulares dolores abigunt. Bubulus talus usus, mobileis firmare denteis pre dicatur: cum melle potus, teretes lumbricos educit: cum oxymelite, si enem consumit, & uitiligines, quas uocant leucas, illitus abolent item ad ticerem commendatur: femora bouis cremata potu sanguinis eruptions, & alii fluxum compescunt.

O STRACA, TESTÆ.

LIBER SEPTIMVS.

319

Testæ fornacium tritæ siccant exterguntq; hinc dentis
fricis accommodantur, illæ cum aceto pruriginis pulsa
lis, quæ appellantur exanthemata, & podagrae conferunt:
cerato exceptæ, strumas discutiunt.

O S T R E A.

Ostreorum testa crenata æqualē buccinis uim, sed tñis
nus crassam representat, abstergit igitur faciei labes, &
dentibus nitorem conciliat: elota rationem amittit, ad
carnem cicatricemq; humidis ulceribus inducendam
accommodata.

O V R O N, V R I N A.

Vrina quælibet calida est & acris, sed humana omniū
aliorum animalium exceptis maialibus, infirmior est,
cæterum uehementer abstergit, quapropter nonnulli
potione eius in peste usi, mortem euaserunt: eadem leo
pras, ulcera putredinem experta, capitisq; mananta tilo
cera, quæ uocantur achores, & furfures persanat. Item
pedum attritus nondum inflammatione occupatos. At
impubis pueri urina omniū efficacissima est, unde etiā
80 chrysocoila conficitur. Mulorum articularibus doloris
bus congruit. Caprarium et chamelorum aluum delicit
ideoq; contra aquam subtercutem bibitur.

Q VÆ A P I N C I P I V N T.

P A N C R A T I O N.

25 Panerion et specie et uiris scyila simile est, uerum imo
beccilius.

P A L I V R O N.

Paluri folia & radix astringunt, eoq; aluum fluentē sis-
tunt, tubercula, quæ dicuntur phymata, non ninis calis
30 da discutunt. Semen eius tam uehementi incisoria uire
tute ualeat, ut et calculos conterat, et excretionibus ē pe-
store auxilietur.

P A N A C E S.

Panices Herculeum est, ex quo opopanax dictus con-
siftitur, in tertio ordine calefaciens, in secundo siccans,
emolliens, discutiensq;: radicis cortex liquore imbecili-

RR iii

PAVLITÆ AEGINETÆ

hior, habet nonnihil & abstergens, & carni ducendæ idoneum: semen ipsius menseis quoque citat. Asclepion paces & Chironium priori calidiora sunt, hinc floribus ipsorum & semine ad malefica ulcera & phymata uuntur.

AESTRO

PAPYRVS.

Papyrus ignem non experta, materia quædam efficitur uita, siccatur chartæ crenata modo, uerum papyri cinis uiribus inferior est.

PARONYCHIA.

Paronychia, inde nomen accepit, & digitorum reduuissimæ diecitur paronychia, medeatur, uis eius est extenuare & siccare, idq; citra rosonem.

PENTAPHYLLON, QVINQ;

QUEFOLIVM.

Quinquefolium in tertio ordine desiccatur, minime acre, eoq; in multis usus accommodatur.

PEPLON HERBA.

Peplon nonnulli papauer spumeum dicunt: & hic fructus liquorem habet & tithymalorum modo purgat.

PEPLION.

Peplion quoque liquore habet, & magna ex parte magnitudinis locis nascitur, cetera quidem inutile, semen autem ipsius feruidi saporis, peplo consimiliter expurgat.

PEPERI, PIPER.

Piperis radix, costi uireis refert: fructus nuper quidem germinantis arboris, oblongum est piper, humidius natura & calidum: fructus ueluti acerbus immaturusq; album est piper, nigro acutius, ut quod impendio magis affectum sit: utrumque uero & calefacit & desiccatur.

PEPON.

Pepon abstergendi facultate efficax est, inde ueluti caro ipsius ephelidas & consumilia faciei uitia exterit, semen renes obstructione liberat.

PERICLYMENON.

Periclymeni folia et semen incidendi simul & calefacie-

III. 32

LIBER SEPTIMVS.

31

Si uireis obtinent, quapropter urinam cruentam excedunt, ad *quatuor dies pota: Litem genituram uiri sic cant, I quadraginta diebus in potionē assumpta: lieno, sos & ægredspirantes adiuuant.

*Græce ε

τεπαρα:

κοτλα, ma

le pron'

ταρα sic

.n. habet

uetusta

trāslatio

Galen.

In im-

presso de

lideratur.

PERISTEREON, VERBENACA.

Verbenaca adeo desiccat astringitq, ut uulneribus glutinandis, & sanguinis eruptioni fistendæ sit.

PERSÆA SEV PERSICA.

Persæa arbor est Ægypti, cuius folia & siccant & astrin-

gent, eoque sanguinis eruptionem compelunt.

PETASITES.

Petasites tertio siccantium ordini ascribitur, unde ad maleficia & phagedænica ulceræ eam usurpant.

PETROSELINON.

Petroselini semen calidum siccum q; est in tertio abscessu

su, ui incisoria præditum, urinam ciet, mensisq trahit, flatus discutiendis accommodatisimum.

PEVCE DANVM.

Peucedani liquore & succo affatim calefacienti, discutienti, extenuantiq; utimur, tum naribus admoto, tum in

potione assumpto, ad pulmonum & pectoris ultia ex humorum crasitudine contrafacta item ad lienem indu- ratum; dentibus autem perforatis impositus, dolorē pro-

tinus sopit, neruorumq; affectibus idoneus est: radix squa-

mas ostium separat, maleficiis ulceribus succurrat, in ter- tio ordine & calefaciens & delicens.

PEVCE, TEDA.

Teda arbor piceæ uitibus respōdet, sed moderatior est.

PEGANVM, RUTA.

Ruta sylvestris ad quartum calefacientiū siccantiūq; ordinem refertur: sativa ad tertium, cuius uis est crassos lens- tosq humores incidere, & dissipare, urina in mouere, attenuare, & flatus discutere, unde & uenerem coercet.

PISSA, PIX.

Pix arida qdē in secundo abscessu desiccat, minus calefa- cit: liquida ecōtrario, immo etiam extergit, maturat, discutit,

R R iiii

PAVLIT REGINETÆ

acrisq; est: eamque ob causam ungueis scabros educit,
impetigines exterit, tumores maturat. Valentior autem
est liquida, ut etiam suspiriosis et purulenta ex creanti
bus, lincta subueniat: sed arida vulneribus magis glutin
nandis est.

PISSELÆON, OLEVM PI

cinum, seu picis flos.

Picinum oleū, ex liquida fit picea: qua natura tenuius est.

PISTACIA.

Pistaciorum fructus elus stomacho mediocriter condu
cit, lecur obstructum laxat, præcipue summi et odora
tum eorum experimenti ex uino decoctum, profundit etiam
contra serpentium morbus.

PITYIDES.

Pityides fructus sunt picearum, mistæ facultatis, astricto
riæ et acris, quam ob rem refectionibus è pectore opi
tulantr.

PITYOCAMPÆ, PICEARVM

ERVCÆ.

Picearum erucæ eiusdem sunt virutis cum cantharide
et bupresti.

PITYROS PHLOEOS, PICEÆ
CORTEX.

Piceæ cortex astringendi uim eximiam possidet, qua in
terrigines et ambusta illitus persanat, uentreñ potus re
primit; folia etiam vulnera conglutinant.

PITYVSA.

Pityusam quoque nonnulli tithymalli speciem asserunt,
quoniam et liquorem habet, et purgat illi similiter.

PLATANVS.

Platanus uero humidiore et frigidore pollet, eaq; de cau
sa folia uiridia ad inflammationes nascenteis proficiunt
cortex et pilulae quoniam maiorem siccandi potentiam
habent, in aceto decoctæ dentium dolores sopiunt, am
bulita cum adipe persanant. Cortex autem crematus sic
cat uehemenius et abstergit, eoq; lepras pellit, et humi

dis ulceribus medetur.

P N E V M O N , P V L M O .

Pulmo agninus suillusq; attritus pedū ex calceis cura
re creditur: uulpinus sale inueteratus si bibatur, suspicio
sis proficit: marinus recens detritus podagrī et pernio
nibus commode illinitur.

P O L E M O N I V M .

Polemonium, quod aliis phileterion dicitur, tenuē eff.,
et siccandi uiribus donatum, inde nonnulli contra coxē
dicis dolores, intestinorum tormenta, tenem induratum,
radicem eius cum uino propinan.

P O L I V M .

Polium minus, quo et in antidotis utimur, tertii calefa
centium siccantiumq; ordinis est, itaque omnia viscera
laxat, urinam menseisq; trahit: uiride adhuc, magna glu
tinat uulnera, aridum maleficis inspersum ulceribus
proficit.

P O L Y G A L O N .

Polygonon folia habet gustu mediocriter acerba: potū,
iac quoque generare putatur, calidi humidiq; tempera
menti compos.

P O L Y G O N A T O N .

Polygonatum variae particeps est facultatis, astritoriae,
acris, amaræ, & cuiusdam gustu ingratæ, quæ uerbis ne
queat exprimi: quapropter in multiplicitate usus haud est
accommodatum: radicem ipsius nonnulli ad facie labe
bes, quas ptilos dicunt Græci, abstergendas illinunt.

P O L Y G O N O N , S A N G V I N A R I A .

Sanguinaria habet sane uirum quandam astringendi, sed
humiditas in secundo ordine frigida in ea ppollet: stomacho
chi feruori frigida inspergitur utiliter, sacris ignibus, infus
ationibusq; calidis illinitur, ac talis, quum sit, fluxio
nes repellit, atque hac ratione siccatoria esse putatur: fœ
mina autem mas uehementior est.

P O L Y C N E M O N .

Polychnemon in secundo ordine calefacit & desiccat

PAVLII REGINETÆ
eoque vulnera glutinat.

POLYPODION, FILICULA.
Polypodium siccatur abunde citra mortuum: potum, infus-
tius purgationem molitur.

POMPHOLYX.
Pompholyx sine rostione siccatur, ideoq; cancrōsis ulceris
bus aliisque maleficis opitulatur, item cum oculariis me-
dicinis miscetur.

PORPHYRÆ, PURPURÆ.
Purpuræ crenatae testis aqualem vim fortioræ sunt, op-
cula ipsarum cum oleo incocta pilos fluidos confir-
mant, cum acetato pota llenes tumidos sanant, sufficien-
tias locorum strangulatum concidentes excitant, secun-
dasque eliciunt.

POTAMOGETON.
Potamogeton refrigerat & astringit, sanguinali herbæ
confimiliter, sidem uitritibus præditum.

POTERION.
Poterii, quod alii phrynon dicunt, radices concisæ ner-
uos præfectos & vulnera cōglutinant, decoctum ipsius
epotum neruorum affectionibus auxiliatur.

PRASION, MARRUBIVM.
Marrubium in secundo ordine calefacit, amplius autem
siccatur, iecur lienemq; laxat, excreations è thorace & pul-
monibus, menseisq; promouet: illud extergit, discutit,
q; præcipua extorsio incisoriaq; ui præditum.

PRASON, PERRVM.
Portum malis succi est & acris, ut autē Dioscorides me-
mor prodidit, grauit facit insomnia, aluumq; bonam,
urinam, clet, & extenuat: habet & abstergend uim aliquę
qua pectoris excreations elicit. cæterum semen eius pu-
sanæ in coctum nephriticis temperatur medicinis, folia
etiam nonnihil astringunt, ac eam ob causam succus ipsi-
orum sanguinem supprimit.

PRINOS ILEX.
Ilex simileis quercui uireis hēt, sed multo ea est ualidior.

L I B E R S E P T I M U S.

318

P R O P O L I S.

Propolis calefacit quidem in secundo abscessu, abstergit autem mediocriter, tenuisque naturæ est, & meatus apertoriae.

P T A R M I C E.

Ptarmicæ folia sternutamenta mouent, totus autem fructus uiridis fugillata, liuoresque alios difficit, est enim herba calida & sicca, uiridis secundi ordinis, arida tertii.

P T E L E A, V L M V S.

Vlmus siccare ualent & abstergere, eo que uulnera glutinare, cortex autem magis, si recens fasciolæ modo uulneribus circumvolvatur, cum aceto lepras quoque tollit, radices idem præstant, si ossa fracta quæ solidari possunt, phacia cicatrice quam poron dicunt, desiderant, decoditi ipsarum lute perfundantur.

P T E R I S, F I L I X.

Filix uim siccandi & amaram repræsentat, eaque foetus corruptus, latosq; lubricos enecat, instar quatuor drach mag cum mulla pota: quoniam uero modice constringit, ulcera citra rofitionem deficere potest.

P Y C N O C O M O N.

Pycnocomon discutiente uir acriq; donatum est, folia igitur panos & furunculos dissipant, semè pterea infixa corpori extrahit, radix flauam bilem purgat.

P Y R E T H R U M.

Pyrethri radix aduentæ potestatem occupat, dentium q; frigori patuerunt dolores lenit, item ad febrium rigores ante accessionem infribatur cum oleo, adhæc iis auorū corpora ex perfrictione stupent, & resoluta sunt, efficaciter sine adhibetur.

P Y R O S, T R I T I C U M.

Triticum in primo ordine calefa: it uerum siccando humectandoq; medium est, non nihil etiam glutinosum, & obstruendi efficax obtinet.

P Y T I A, C O A G U L U M.

PAVLI AEGINETÆ

Coagulum omne naturæ acris est, tenuis, discutientis, & nimicum siccantis, sed leporinum comitiale sanare cū acetō potum, literis mandarunt: fluoremq; muliebrem emendat, lac in ventre concretum soluit: similiter etiam cruentas ē thorace excretiones cohibere ipsum tradūt: equinum uero coagulum celiacis & intestinorum tori minibus prodeſſe: phocæ, castorii uireis p̄ſe ferre.

QVÆ AB R INCIPIVNT.

**RHACOS, ATTRITÆ VĒ
ſtis fragmentum.**

Attritum ē lana ueſtium fragmenta concremata, ſimiſ leis eidem lanæ uireis repræſentant. Linei autem pannū culi quim adhuc uruntur, tenuem ex ſe ſumum reddūt, qui etiam destillationes diſcutiat, & uulua ſurſum reſ currenti ſalutaris ſit; cremati iam ad lange uitutem acoſcedunt,

RHAMNVS.

Rhamnus ſiccat in ſecundo, refrigerat in primo abſcēſſu, quare herpetib; & eryſipelatis non admodum calidis medetur, ſed teneris eius foliis utendum eft.

RAPHANVS, RADICVLĀ.

Deeft in Radicula in tertio abſcēſſu calefacit, in ſecundo ſiccat: impreſſo ſylueſtris efficacior eft Lin ambobus, ſemen utriusque plantæ ipſa uehementius, itaque fugillata aliosq; huos res diſſicit.

RHEON, RHA.

Rheon, quod alii rha dicunt compositum eft ex terreftri frigida & tenui ſubſtantia, aereaq; calida & leniter acrī eamq; ob canſam conuulſis, ruptis, refta ceruice ſpirantibus opitulatur: quod diſcutiendi uim habet, luores emendat quod aſtrictioriam, cruentas excretiones, cœliacos, & iſteſinorum tormina ſanat, utraque uero faculitate, locinorofos iuuat.

RHETINÆ, RESINÆ.

Resinæ omnes & calefaciunt & desiccant, uerum terebinthina principatum obtinet, discussientis naturæ, emollientis, tenuis & abstensoria, eaq; scabiem corrigit; & iuxta huiusmodi est. Quæ uero è teda distillauerit, atque hac magis adhuc pinea, acrior est, non tamen aut discussit magis, aut attrahit, medium inter iplas locum tenet, & quæ de picea, & quæ de abiete raditur.

R H O D A R O S E.

Rosa mixta constant substantia, aquosa scilicet, calida astringenti & amara: flos autem ipsatum magis adhuc astringit, eoq; desiccat.

R H O D I A R A D I X.

Rhodia radix calefacit in secundo abscessu, tenui & discussiente uir prædita.

R H O E A SIVE RHOE, MA

lum punicum.

Malum punicum omne astringendi uireis eximias habet, quibus refrigerat siccitatq; uerum dulce aliis minus: austерum magis refrigerat siccusq; est & stomacho acidum refrigerat quoque, & maiorem quandam incisendi uirtutem repræsentat uerum acini succo magis astringunt siccantq; : efficacius his adhuc malicorum quod fidion Græci uocant: huic uirtute respondet mali flos qui cynitus appellatur.

R H V S.

Rhu coriaria à medicis dictæ fructus præcipue & succus magno in usu sunt, quum illa astringendi siccandiq; uim ex tertio ordine habeat, detergendi è secundo.

R H Y P O S., S O R D E S.

Sordes ex statuis æreis, aut uasis in quibus multū oleum inherescit, detractæ sic ut nonnihil æruginis admixtum sit discussiendi uireis habent, siccandiq; mediocriter & emolliendi, eisq; immatura phymata discussiunt. At de Sordibus que in palestris habentur, quas nonnulli etiam patos uocant, in sudore dictum est, Aurium sordeculæ reduulis mederi dicuntur,

PAVLI IÆGI NETÆ

**QVÆ ABS INCIPIVNT.
SAGAPENVM.**

Sagapenum, ceu ferulae liquor est, calidus & tenuis, cui
& abstensoria quædam uis inest, qua & oculorum cicatricibus & suffusionibus prodeat.

SALAMANDRA.

Salamandræ uiræ cinerem nonnulli medicinis exedenti
bus, tum iis quæ ad lepram & scabiem componuntur,
admiscent.

SAMP.SVCHVM.

Sampsuchum calefacit, siccaturq; in tertio abscessu: est et
tenuis naturæ & discussoriæ.

SANDARACHA.

Sandaracha adurentis est facultatis, quemadmodum &
auripigmentum.

SANDYX, VEL SIRICVM.

Sandyx aut siricum, extenuat & siccatur, non tamen cas
tetur.

**SAPROTES CRIES LI
GNORVM.**

Lignorum caries, leorum maxime, quæ mediocriter
astringunt: qualis fulvus est, humentia purgat ulceræ &
explet.

S A P O.

In im
presso de
literatur. Sapo, abstergendi uim habet.

SARCOCOLLA.

Sarcocolla, persicæ arboris lachryma est: opplendi & ci
tra rostionem siccandi uireis forta, atq; ideo uulnibus
est glutinans.

SAXIPHAGES, SAXIFRAGA.

Saxifraga urinam mouet, & calculos conterit.

SATIRION, TRIFOLIVM.

Satyrion, aut triphyllon humidi est temperamenti & cali
di, item flatuosum: unde ueneris appetentiam facit: non
nulli opisthotonis cum uino austero potum, salutare es
se tradunt. Galenus in commentario de theriaca, trifoli
um ait hyacintho simile esse: qnum aere inturgescens se

LIBER SEPTIMVS.

320

men sylvestri enico æquale habet: de cœcti ipsius ius suis
perfusum phalangi aut uiperæ mortis sanare: sano idē
potui datuni, similem animalium horum ictibus affectū
conciliare.

SAVRA, LACERTA.

Lacertæ iecur & caput, suo loco exposita sunt: totum
autem caput dissectum impositumq; scorpionum icti
bus medetur.

SELINON, APIVM.

Apium tanti caloris est, ut & urinas & menseis eliciat: ce
terum fatus discutit, præsertimq; eius semen.

SERIS, INTIBVM.

Seris subamarum olus est: admodum refrigerans hu
metansq; habet et nonnulla astrictionis.

SERIPHIVM.

Seriphium calefacit quidem in secundo, siccatur autem in
primo ordine, consimile absinthio, minus tamen eo as
stringit, magis calefacit animalia uentris occidit, medio
criter stomacho aduersatur.

SESELI.

Seselis radix, magisq; semen insigniter calefacit, tenuisq;
substantia est, urinam quoque ciet, comitalibus & recta
ceruice spirantibus accommodatum.

SEPIÆ TESTA.

Sepia testa perfumilis est ostreo, quod ad tureis attinet,
sed tenuior substantia & abstergens, eoq; in cinere redacta,
unguis cum sale fonsitio extenuat: ignem non exp
ta si infretur, sicut exterit, & cutis labes abstergit.

SESAMOIDES.

Sesamoidis albi semen calefacit, detergit, & rumpit.

SESAMVM.

Sesamum non parum lectoris, pinguisq; obiret idcirco op
plere, mollire, & mediocriter calefacere idoneum est.

SEPS.

Seps, quam nonnulli chalcidicam lacertam dicunt, in ui
no pota, propriis mortibus succurrat.

P A V L I E G I N E T A

S I A L O N , S A L I V A .

Saliua hominis iejuni maxime discutit & abstergit, eoq;
infantium impetigines illita exteit, & furunculos cum
tritico, nimirum manso imposita, maturat, & sigillata de-
let, feris hominem oecidentibus maxime aduersatur.

S I D E R I T I S .

Sideritis Heraclia & helxine dicta est. Achillea autem si-
deritis illi quidem consimilis est, sed magis astringit,
eoq; fluidis affectibus accommodata.

S I D E R O S , F E R R V M .

Ferrum aqua restinctum subinde, uehementem desic-
candi uim aquæ conciliat, quæ pota lenosis condus-
cit: uinum autem in quo id restinctum est, coelacis, ins-
testinorum torminibus cholericis, stomacho resolutis
auxiliatur.

S I C Y O S , C V C V M I S .

Cucumis esculentus quidem uridis, refrigerat humes
Etantq; in secundo ordine, caro ipsius feruidas solatur
inflammationes, semen abstergendi incidendiq; uitute
præditum, urinas mouet, et corpus nitidum efficit ari-
sus siccans in primo ordine, uehementiusq; abstergit, et
semen, et radix.

S I C Y O S A G R I O S , C V C V .

mis sylvestris.

Cucumeris syluatici seminis succus, elaterium dictus est,
qui autem è radice et foliis premitur, elaterio similis est,
sed imbecillior: radix detersit, dissipat, emolliat: succus
siccandi uireis habet.

S I L Y B O N .

Silybon spinosus frutex est, albo chamæleonti persimili-
lis, elui accommodatus: radicis liquor denarii pondere
cum multa potus: uomitiones excitat.

S I L V R V S .

Silurus salsus si edatur, fauceis humidas expurgat: appli-
catus corpori, surculos educit.

silphe

L I B E R S E P T I M U S.

S I L P H E , B L A T T A Q VÆ

in pistrinis inuenitur.

Blattæ que in pistrinis inueniuntur, interanea decocta con
tritæ, aurum dolores persanant.

S I L P H I V M , L A S E R P I T I V M .

Laserpitium probe calefacit, flatulentum est etiam &
concoctu pericax: à foris corpori applicatum, efficac
ius deprehenditur, magisque liquor ipsius, extrahendi
potens, item & superexcrescentia amoliendi.

S I N O N .

Si non calidus & subamarus est, urinam mouet, cōcos In imm
presso or
missū eis,
ctionem adiuuat, & menseis educit, & viscera obstru
cta aperit.

S I O N .

Sion calidum, urinam citat, & discutit, rēnum calculos
frangit, menseis euocat.

S I S A R V M , S I S E R .

Siferis radix cocta stomacho utilis est & urinæ ciendæ,
calida in tertio ordine: semen tenuerit, discussorium, ua
lidumque, idcirco iis quos singultus & tortura male
habent, cum uino exhibetur.

S I S Y M B R I V M .

Sisymbrium sunt qui cardaminem uocat cardamo, hoc
est, nasturtio assimilatum: aridum quidem calefacit sicc
catque in primo abscessu: humidum autem in sec
undo.

S C A M M O N I A .

Scammonia calefacit, digerit, & biliosa extergit, magisque
eius liquor, qui iam & phymata dissipat, fœtus apposito
tu corrumpit, lepras exterit, diuturno capitis dolori cu
oxyrhodino utiliter respergitur: radix autem tum ipso
sa, tum decoctum eius potum, purgat: cum aceto aug
tem & farina hordeacea decocta, coxendicum doloris
bus illinitur.

S C A N D I X .

Scandix sylvestre olus est, calefaciens siccansque in se

PAV. ÆGIN.

SS

PAVLUS REGINÆ
cundo gradu, utinam propellit, & uiscera obstruktione
liberat.

SCINCOS, TERRESTRIS
crocodilus.

Scinci carnes renibus proximæ, naturalibus arrigidis
bibuntur, rursus semen lactucæ cum aqua potum, eadē
contraria uirium lege uidetur remittere: item lentiœ deo-
cōctum cum melle.

SCYLLA.

Scylla incidit, & calefacit & desiccatur in secundo ordine:
præstat autem eam assam lauit, elixam sumere.

Deest in græ. exē. SCOLOPENDRA MARINA.

Scolopendra marina in oleo elixa inundatq; pilos abo-
plari im- let, iusta etiam pruritum excitat.
presso. SCOLOPENDRION.

Scolopendrion asplenon est.

SCOLIMON, CARDVVS.

Carduus calefacit, siccaturque in ordine secundo, radix ei-
ius cum uino decocta, urinas fœtidi odoris liberaliter
educit, & alatum totiusque corporis graueolentias
corrigit.

SCORDION, TRIXAGO

Scordium uariis pollet facultatibus, ut quod amarum,
acerbum, & acre sit, purgat igitur simul & calefacit uisce-
ra, urinas & menstrua concitat, & refrigerata omnia ex-
calfacit, uulnera glutinat, repurgatq; : aridum illum cito
catricem inducit.

SCORODON, ALLIVM.

Allium calefacit siccaturq; in quarto abscessu: at sylvestre
allium quod ophioscorodon, quasi anguinū allium, & a
gris scoridon dicitur, doméstico ualentius est.

SCORODOPRASON.

Scorodoprason porri & alii mixtas habet uireis &
gustatum.

SCORPIOIDES.

L I B E R S E P T I M U S. 322

Scorpioides excalcat ab scissu tertio, siccatur secundo.

S C O R P I V S.

Scorpius terrestris crudus impositus, aut tostus in cibo proprii ictus remedium efficitur: marinus autem fel habet oculorum suffusionibus utile.

S C O R I A, R E C R E M E N T U M.

Recrementum omne uale exiccat: ferri sterCUS alii amplius, quod excoctum & in tenuissimum pollinem detritum, cum aceto auribus suppurantibus mirifice proficit, item lis qui aconitum biberunt, cum oxymelite potum remedio est. Plumbi recrementum eidem respondet, sed magis astringit.

S M I L A X, A V T C A C T U S

arbor, taxus.

Smilax uel cactus arbor est uirosa virtutis.

S M Y R N A, M Y R R H A.

Myrrha è secundo calefacientium siccantumque ordine est: capitis igitur uulnera si illinatur glutinat item amaram uim obtinet, quia uentris lumbricos & foetus occidat: ad haec abstergit, eo qd; ocularis medicinis temperatur, & humores pectori infixos expurgat, ita ut sauceis non alperet. Bæotica myrrha uireis habet calefaciendi, emolliendi, & dissoluendi.

S M Y R N I O N.

Smyrnon, quidam hipposelinon, quidam apium sylvestre nominant, calefacit in tertio ordine eodemq; siccatur, apio duntaxat fortius, petroselino inualidius, urinae & mensibus educendis accommodatum.

S O N C H V S.

Sonchus astringit & manifeste refrigerat, tum corpori admotus, tum manducatus: exarefactus autem medios criter calefacit.

S P A R G A N I V M.

Sparganium siccandi & hoc uireis refert.

S P A R T O S, G E N I S T A.

Sparti quo uiteis ligant, & semen, & flos cum multa

PAVLI AEGINETA

Instar quinque obolorum pota per superiora purgant
ueratri modo sine periculo, semen per inferiora quo
que purgat, uirgulae ipsius ad coxendicum dolores
proficiunt.

S P E C L A R I V M , L A P I S

specularis.

S P E C U L A R I U M , L A P I S
Specularium, alii per ph scribunt specularium, quo non
nulli loco uiri in fenestris utuntur, eoq; diaphanes à p
spicuitate appellatur, substantia gypseum, uireis habet co
crematis testis aut ostreis similes.

S P O N G O S , S P O N G I A .

Spongia recens quaë marinum odorem adhuc reseruat
si cum aqua aut uino aut posca imponatur, uulnera glu
tinat, cremata, acris est uirtutis & discussoriae cum bitu
mine autem & pice liquida uita oppositæ ex igne, san
guinis eruptions compescit.

S P O D I U M , C I N E R V L A .

Spodium pompholygi uiribus æquale est.

S T A P H Y L I N V S , P A

S T I N A C A .

Pastinaca urinæ mouet, menseis proritat, praeterit se
men ipsius & radix, folia autem abstergendi uiribus
prædicta phagedanis affectibus congruunt, & uiridia
cum melle: sylvestris autem pastinaca ad omnia ualētior
est domestica.

S T A C H Y S .

Stachys marubio similis frutex, tertium in calefaciendo
ordinem occupat, menseis itaq; excitat, foetus occidit, et
secundas expellit.

S T E A T A , A D I P E S .

Adeps omnis humanum corpus & humectat & calefa
cit, sed pro diuersis animalium temperamentis uirtus eo
ius euariat. Suillus igitur omnium humidissimus est, ut
ad olei naturam accedit, unde etiam rosiones obtun
dit. Caprillus, siccior est, & celeriter concrescit, eo que iis
qui in longanone rosiones expeririunt, ab inferiori parte

LIBER SEPTIMVS.

323

inicitur. Anserinus calidior est, maioremque tenuitatem obtinet. Inter utrumque hunc gallinarum gallorumque adeps consistit. Leoninus calore omneis & tenuitate superat, & propterea etiam ui discussoria. Bubulus inter suillum & leoninum medius temperamento existit. Vt sinus alopecis medetur, vulpinus aurum doloribus, quemadmodum viperinus pilos abolere, & oculorum suffusiones impeditre fertur. In omni autem adipum specie calidior siccioris est marium, atque ex his eorum qui castrati non sunt magis q̄ aliorum, caterum ueritate omnis adeps redditur calidior.

S T I M M I.

Stimmi prater q̄ siccatur, etiam astrictionem habet, ob quam oculatus collyris miscetur.

S T O E B E.

Stoebas semen & folia in tertio ordine desiccent uiribus donata astrictionis, eatque ob causam uulnera magna conglutinant: decoctum ipsorum intefinorum torso minibus, sanguinis eruptionibus, auribus purulentis auxiliatur: folia illita oculis ex istu suffusis conferunt.

S T O E C H A S.

Stoechas adaperit, extenuat, detergit, & confirmat uilces ta omnia totumq; corporis habitum.

S T R A T I O T E S.

Stratiotes aquaticus frigidus est natura: terrestris etiam astringendi uirum habet, qua ulcera committit: nonnulli li eo & ad sanguinis eruptions & ad fistulas utuntur.

S T R I C H N O N , SOLANVM.

Solanum hortense esculentumq; astringit, et in secundo ordine refrigerat. Solanum halicacabum hortensi simile, urina ciendae idoneum fructum habet acino uirum & qualem hypnotici, id est, somnifici solani radicis cortex, cum uino denarii pondere potus, somnum conciliat, item habet ad urinam mouedam accommodatum, ex tertio refrigerantium ordine: unde corymbi eius plures duodecim epotū furorem accersunt. Quartum uero

S S i l.

PAVLI AEGINETÆ

genus solani intus assumptum, inutile est: à foris autem illitum ulceræ depascentia curat, refrigerando siccandoq; ad secundum ordinem relatum.

STYPTERIA, ALVMEN.

Alumé omne maxime astringit, substantiaq; crassum est: tenuius autem reliquæ est quod vocatur sevisile, mox rotundum, & astragaliotes. Crassum admodum est liquis dum, placites & plinthites appellantum.

STYRAX.

Styrax calefacit, emollit & concoquit: tussi, destillationi in nareis, & grauedini utilis, menseis idem & potus & appositus extrahit.

SYCA, FICVS.

Ficus arida in secundo fere ordine siccant: pingues autem, duros tumores magis maturant: aciores detergit, discutiuntq; decoctum ipsarum mellis speciem referunt, quod iam nonnulli siræon appellant, viribus mellis respodet, virides autem ficus, imbecillioris virtutis sunt, utræque tamen & virides & arida alium subducunt. At fucus caprifici, acres & discussoria sunt, quemadmodum ex domesticis grossi.

SYCE, FICVS ARBOR.

Ficus arbor calidi tenuisq; temperamenti est, adeo ut licor & foliorum succus non rodat modo, aut abstergat uehementer, sed etiam exulceret, ora venarum apertat, & myrmecias exterat: iam vero & purgandi uim obtinet. At sylvestris ficus, quam caprificum vocant, in omnia efficacior domestica est.

SYCOMORVS, FICVS AEGYPTIA.

Sycomori fructus nullius nutrimenti est, & stomacho noxius: liquor arboris ui pollet emolliendi, glutinat ratione vulnerum, discussoria tumorum: bibitur inungiturq; ad serpentum morsus, lienes induratos, stomachi dolores & in accessionibus febrium horrores.

SYMPHYTVM PETRAVM.

Symphytum petravm contrariis constat uirtutibus, has

bet enim aliquid quod incidat, ideoque *pus in thoracis & pulmonibus collectum expurget: habet etiam aquam contrahendi uitutem, qua sanguinis excretionibus medeatur, conuulsis, ruptis, mulierum fluxionibus rubris intestinorum ramicibus. item calida quædam humiditas ei inest, qua fitim arcit, & arterias aspergit. Symphyton alterum nempe magnum uiscosum quippiam, & L quod pruritum excitet & repræsentat, scyllæ simile. Utuntur eo, ad quæ superiori.

SPONDYLION.

Spondylii fructus & radix uitute acri & incisoria, suspiciosis, comititalibus & arquatis succurrunt, radix autem circumrasa, fistulisq; imposita illarum callos tollit, sucus è flore ipsius expellens, ueterimis * aurium ulceribus instillatur.

SCHINOS, LENTISCUS.

Lentiscus in omnibus sui partibus siccatus secundo ordine ab soluto, calefaciendo autem & refrigerando medicus est, adeo astrigens, ut ad hypocistidis succum astrictione accedat.

SCHINV ANTHOS LEN-

tisci flos.

Lentisci flos modice calefacit, minus astrigit, tenuem naturam sortitus, qua urinam mouet & mens seis trahit, obstructa referat in fomentis, potu & cataplasmati adhibitus: radix adhuc magis flore astrigit, sed ille calidior.

SCHELOS ELIA, IVN-

cus palustris.

Palustris iuncus duplex est, sed eius qui uocatur oxy schoenos, semen est lomificum: holochœni autem di eti, minus, idem & capiti dolorem facit, utralsque semine frixum si cum uino bibatur, alui fluores desiccatur, & muierum fluxiones cohibet.

SORI,

ss. iii

*Impressum hæc, pus in thorace colle
ctu & renes expurget. Galenus &
Dioscoris dis interspres Pau:
li citas, nrae uero
sioni astri pulantur.
Galenus habet

mordax.
*Male im
græ est,
de r' koik
as pro t'
ta' w'teo

PAVLI AEGINETÆ

Sori uireis misy æqualeis obtinet, longe illo natura
erasius.

QVÆ A T INCIPIVNT.

TARICHON, SALSA

mentum thynni.

Salsi thynni caro acris est & desiccatoria : mortis igitur
à uipera, quam præterem dicunt, quā plurimum eius
est uiridescens, et superbibitur liberalius, et uomitus
excitatur : eadem ad uomitiones quæ ciborum acre-
mento quaeruntur, accommodata est: item rabidorum
canum aliorumque serpentum mortibus utiliter il-
linitur.

TAUROCOLLA, GLVTIS

num bubulum.

Taurocolla aliis xylocolla dicitur, ex boum coriis con-
fecta, uini habet intigniter absterfiam, eocq; aceto suba-
cta, impetigines et summae cutis lepras exterit: ambustis
si aqua calida solvatur, inflammationem oboriri non sis-
nit: eadem oxymelite soluta, vulneribus accommo-
datur.

TELLINÆ.

Tellinæ falsæ crematae ; adurentem cinerem reddunt,
qui cedrino liquori mistus, euullos radicibus palpebra-
rum pilos, si instilletur, haſci iterum prohibet.

TERMINTHOS, TEREV-

BINTHVS.

Terebinthus calefacit in ordine secundo, siccatur autem
si uiridis est in primo, si aridus secundo, fructus ubi inas-
ruerit, ad tertium siccantium ordinem refertur: hac igitur
ratione et urinam mouet, et lienes adiuuat.

TETTIGES, CICADÆ.

Cicadæ crudæ siccatae ad colicum dolorem potui da-
tur, aut tres, aut quinque, aut septem, cum totidem nu-
mero piperis granis: quidam tostas contra uescicæ dolo-
res potui exhibent.

TEVTION, BETA.

LIBER SEPTIMVS.

cens capte, & quaternis digitis a capite & cauda ampu
tatis, totaq; eute detracta & interaneis exemptis, reli
quum corpus in fistili nouo cum anetho & sale modis
co discoquitur, dum spinæ a carnis segregentur: des
inde his exceptis ablatisq; accurate a spinis carnis, &
panis puri æquali modo addito, laevigantur omnia pari
ter formanturq; orbiculi, manu in oprobalsamum intin
ctæ: in umbra refrigerantur.

Q V O M O D O P A R E T V R

theriace antidotum.

Pastillorum scillinorum denarii quadraginta octo pa
stillorum theriacorum hedychroï magnatis, cinnamo
ni, piperis commonis lachrymæ papaueris, costi, singu
lorum denarii uigintiquatuor, rosarium siccarum denar
ii quindecim, palustris trixaginis, napi buñados semi
nis, iridis illyricæ, agarici, dulcis radiculæ, oprobalsami,
singulorum denarii duodecim, myrræ, croci, zingibes
ris, rheupontici, quinque folii radicis, nepitæ, iuncii odore
rati floris, marrubii, petroselini, stœchadis costi, piperis
albi & longi, dictamini floris, thuris maſculi, terebinthi
æ, mastiches, cassiae nigrae, spicæ nardi, polii floris styra
cis, apii seminis, seselis thlaspis, ameos, chamædryos,
chamæphytos, hypocistidis fucci, malabathri, nardi galli
æ, nardi, meu, gentianæ, anisi, scenicali seminis, lemnæ
terrae, chalcitidis toſte, amomi, acori, balsami, phu, opil,
hyperici, acaciæ, gummæ, cardamomi, singulorum dena
rii quatuor, dauci seminis, galbani, sagapeni, bituminis,

III. VV.

D^opopanacis, castorii, centaurii, tenuis, aristolochiae far-
 meniacae, singulorum denarii duo, mellis attici pondo
 decem uini falerni sextarii duo: connectis in pilam opio
 hypocistide, myrra, sagapeno, dulci radicula, styrace
 acacia, & popanace, mellis momentum instillatur, con-
 tulaque dissoluuntur, deinde uino superfluo ut illa supe-
 ret per triduum madescunt: inde reliqua contusa in unitate
 coguntur: mel despumari debet: ceterum in argē
 teo aut utreco uase non adeo pleno medicamentum re-
 ponitur, frequenter operculum aufertur. Usus eius est
 quum urget necessitas in iis qui a feris commotis sunt,
 & uenena afflumpserit, post annum ætatis septimum, sic
 ut instar nucis auellanae, cum tribus uini cyathis, quotis
 die bis bibatur. Similiter facit ad eos qui ex quadam la-
 tenta causa pericitati sunt, corruptela quo^z corpus cong-
 ficit, lethalis medicamentum qualitatem imitata, quemadmodum
 in pestilencia correptis potissimum fit, semel
 quotidie, in aliis uero affectibus a decem annis usque
 ad uiginti usus eius celebratur, in tufsi, thoracis doloris
 bus aut laterum: si febris abest, cum mulso: si illa urat,
 cum hydromel te, sub noctem ad fabæ Ägyptiæ ma-
 gnitudinem exhibetur. Sanguinem autem excreantibus
 oibus, si morbus recès est, ex posca: si uetus, ex sym-
 phyti decocto, quum faba Ägyptia explet, idq; mane &
 uel peri. At quos inflationes & tornina iuxta umbilicū,
 aut morbus coelacius male habet, ex aqua calida ad fa-
 bæ Ägyptiæ magnitudinem mane assument. ceterum
 appetitiam uehementem excitat, rigores, perfrictionē
 & bilis uomitum, præsumptum ante accessiones discu-
 tit menstrua ducit, & foetus mortuos eiicit, fabæ Ägyptiæ
 instar potum ex mulsa, aut passo in quo ruta aut dia-
 stammum decoctū fit. Item ad uocem abscessam ualeat
 & per se &cū duplicato tragacantho ex mulso aut pas-
 so potū, atq; sub lingua retentū eliquatum q; lienosis, &
 cinorofisq; ex posca, si scirtus adest, ex oxymelite, aut
 acetii scillini se si quieyatho: in nephritis, cum oxymelite

^{I Additū}
ex Gale.

^{I Repositū}
ex Gal.

PAVLI AEGINETA

circa fabæ Egyptiæ magnitudinem: dysentericis tantum
dem cum decocto rhu, mane & uesperi. Ad lippitudo-
nes autem summe etiam in hunc modum temperatum
facit: antidoti & opobalsimi unciae duæ, mellis cyathus:
mixta paulatim unguntur. Idem denteis abstergit, pleri-
que uero ut sanitatem ab iniuriis vindicent, noua luna
ad græcanicæ fabæ magnitudinem ex eo sumunt, con-
coctione bene obita, cum uino mellis cochleari, & duo
bus aquæ cyathis. Similiter etiam in peregrinationibus
eo utuntur, quum praui cuiusdam aeris aut aquarum in
itinere suspicionem habent.

SALES THERIACI.

IHæc uis-
dentur a
scriba quo-
dā addita
g salium
theriaco-
rū descri-
ptionē in
curia omi-
nit, eogin-
calcē li-
bri reiece-
rit.
* Galenus
libra una.

Sales theriacante Mithridatum antidotum hue trans-
ferendi sunt, habes autem eorum descriptionem ad cal-
ce libri septimi post caput de mensuris & ponderibus. I 15
Sumuntur uiperæ recens capte numero quatuor, mox
salis ammoniaci aut communius modius Italicus, dein
de cum ipso in pilam coniecto tunditur minutissim
gentianæ sesquilibra, aristolochiæ rotundæ sesquilibra,
centaurii tenuis comæ libræ duæ, cardamomi, mar-
rubii, singulorum unciae sex, trixaginis palustris, apii, cha-
mædryos creticæ, singulorum libræ, rutæ satiuæ semiis
nis & sextarii duo: melle attico in unitatem coguntur, &
dimidia ipsorum pars in nouum fistile conificatur, deins
de quatuor uiperæ uiue, quibus adduntur etiam scillaæ 25
teneræ recentes quinque minutum concisa, hinc reliqua
mistura: portio dimidia superinicitur: ac ubi olla coos-
perta diligenter fuerit, tribus quatuorve foraminibus
corpus ipsius pertundes, ut per ea uapor coctionis mo-
dum significet. Primum enim videbitur fumus exire co-
piosus obscurus admodumq; turbidus, qui ignem bes-
tias iam inuasisse nuntiet, quando te animum diligenter
aduertere conuenit, ne tandem fumi huius aereni è uis-
perarum exhalatum uitiatum inspires. Postea, ubi uapor
cessauerit, & tenuem quandam flammam perforamina 30
ejaculataam conspexeris, tunc ipsa tosta esse quamopter

LIBER SEPTIMVS.

341

me censeto, atque ita fictili ab igne sublato, tota die nos
 euq[ue] refrigerantur. Deinde apertos exemptosque car-
 bones diligenter tundito, & cum hisce mixturiis cribra-
 to: Rute sylvestris semenis, hyssopi, cretic[i], singulorum
 uncis nouem, foeniculi seminis nardi galicæ, stachyos *Græce
 Scythici, singulorum uncis *Sex, petroselini macedoni-
 ci, malabathri foliorum, singulorum tuncia, amom, iu-
 uæ, orniini semenis torrefacti, singulorum uncis tribus, † Galenus
 origani summitatum, thymi summitatum, singulorum unciæqua
 uncis *duabus, baccarum iuniperi, piperis albi, foenicu-
 li, singulorum libris †osto, la serpitii radicis uncis dece
 coriandri semenis, zingiberis non perforati, † satyrii se-
 minis uel radicis, pulegii, se felis massaliotic[i], mentha, sin-
 golorum uncis sex, casiae fistulae uncis duabus, cinnam-
 momi uncia. Porro ego sales ipsos præparau[er]i, non' cō-
 bustis bestiis, sed ipsarum pastillis, quemadmodum in
 therifa, sic ut hos iis qua cum bestiis cremantur adnisi
 scerem, quo si quam in se amarulentiam haberent, eam
 per adustionem deponerent: tantumq[ue] pastillorum mo-
 dum inieci, quantum uiperarum quaternionem habere
 coniiciebam, atque hac ratione longe præstantissim[us]
 euaserunt.

ANTIDOTVM MITHRIDA

tis, dia scincu.

25 Myrrhæ troglodyticæ, zingiberis, cinnamomi, singulo-
 rum denarii decem, spicæ nardi, thuris, thalaspis, opos
 balsami, iunci odorati floris, costi, stœchados, se felis, gal-
 bani, resine terebinthinae, piperis longi, castorii, hypocis-
 tidis succi, styracis, malabathri foliorum, singulorum de-
 30 narii quatuor, casiae nigrae, polii, piperis albi, trixaginis
 palustris, dauci semenis, carpobalsami, cyphios, bdelli, nardi gallicæ, gummi, petroselini, opii, cardamomi, fœniculi
 semenis, gentianæ, foliorum rosæ, singulorum de-
 narii octo, dictamni, anisi, acori, phu, singulorum denarii
 35 tres, meu athamanici, acaciæ, alui scyni, hyperici semi-
 nis, singulorum drachma & semisis, uini & mellis q[uo]d

*Græce

redundat

γ ante 5-

† Galenus

unciaæqua

tuor.

* Galenus

nouem.

† Galenus

duabus.

† Reposit-

tum ex

Galeno.

PAVLI AEGINETÆ

satis est. Præparatur theriacæ modo. Galenus tradit ad eadem hoc ualere, ad quæ illa, præterquam ad uiperæ morbus, in eos enim theriacæ efficacior est.

ANTIDOTVM DIA HÆMAM

ton, hoc est ex sanguinibus, ad os

mnia uenena, & lethalia

medicamenta.

Piperis albi & longi, costi, acori, phu, anisi: dictamni cre-
tici, singulorum denarii duo, amomi, opobalsami, rutæ
sylvestris seminis, cœniculi seminis, cumini æthiopici, az-
nethi, anatis masculi sanguinis siccii, hœdi sanguinis, anse-
riti sanguinis, anatis fœminæ sanguinis, napi sylvestris
seminis, singulorum denarii tres, gentianæ radicis, trifolio-
lii, iunci odorati floris, lachrymæ thuris, rosarum siccæ
ruti, singulorum denarii quatuor, cinnamomi denarii * 15
duo, trixaginis palustris denarii octo, petroselini, polii,
myrræ, nardi, singulorū denarii sex, casiae denarii tres:
lactis cyrenaici totidem, stoechados denarii quinque:
asari denarii duo, guttae ammoniaci denarii tres,
meu, athamantini denarii duo: agarici tantundem:
carpobalsami grana uiginti, mellis cocti quod sat-
tis est.

OXYMEL SIMPLEX.

Aceti q̄acerimi albi sextarius, aquæ sextarii duo, mellis
sextarius, ad liquidioris mellis spissitudinem incoquun-
tur, sic ut mel interea despumetur.

ACETVM SCILLITES.

Scille albi coloris in taleolas concilie libre lex quadra-

*Diosco-
rides sep-
tē, uicina-
sunt liter-
ræ & §
T diosco-
rides que.
ginta diebus in umbra siccantur, deinde ubi rursus purg-
gate fuerint, in aceti generosi sextarii duodecim, diebus
sexaginta in sole madescere sinuntur, uase bene oper-
culato, post eum numerum dierum scilla ex acetō ex-
pressa proicitur, ipsum uero acetum defæcatum trans-
funditur. Nonnulli uero scillæ libram in aceti sextarios
sex coniiciunt, alii uiridem sci. lam in acetum parius
triusque modo demittunt, sinuntque usque ad menseis

sc̄x, atque hoc modo maiorem incidenti ulm acquirit.
Valeat autem acerum scillatum collutum ad fluida otis
uita & plerisque interaneorum affectibus potum meo
detur, quibus exulceratio coniuncta non est, item alius
compluribus efficax est.

OXYMEL SCILLINUM.

Scille partis internae tenerioris pondo dua, aceti acris al
bi sextarii quindecim, piperis, petroselini macedonici,
singulorum unciae due, dauci cretici, ameos, anisi, nardi
gallice, ligustici, asari, cardamomi: ipice nardi: amomi,
rheu ponitici: singulorum uncia semisitis, sceniculi semiis
nis, cumini, laferis: zingiberis: pyrethri: hyssopi cretici: co
sti pulegi: singulorum uncia, menthe uiridis fasciculus,
ruta uiridis turiones quinque; melis attici sextarius, sa
pe sextarii duo: apii uiridis fasciculus: interior scille pars
alba contusa in acetum mittitur, sinitur q; diebus septem
sub canicula æstu madescere, deinde scilla sublata, arida
quidem iam contusa: uiridia, non contusa in acetum co
ficiuntur. Rursus post dies septem omnibus exemplis,
mel & sapa aceto adiunctione: excocataq; usque ad spissi
tudinem in uitreum vas defunduntur. Ceterum præsi
dio hoc & leonus instar potionis utere, & post cibum
liquaminis modo, est enim longe utilisimum.

MEDICAMENTVM GALE

ni è scilla: comitalibus potissi
mum efficax.

Scilla minutissimis manibus contusa in vas melleum des
mittitur, eoque diligenter operculato in loco ad
meridiem spectante sub æstu canicule reponitur, qua
draginta diebus post canicule fidus in superficie uaz
se solato scille corpus effluxisse deprehendes, exceq
ptus igitur ipsius succus, melle optimo edulcora
tur, daturque comitalibus quotidie cochleare, pue
ris exiguum, proiectis magnum. Ipsumque scilla
corpus tritum cum melle datur cochleari, atque hoc uic
tute secundum est.

PAVLI AEGINETÆ

PHILONIS ANTIDOTVM.

Toribasi. Piperis albi drachmæ $\frac{1}{2}$ uiginti, alterci denarii $\frac{1}{2}$ octo, laus uiginis chrymæ papaueris denarii decem, croci denarii quinque, pirethri, euphorbii, spicæ hardi, singuli denarii, mellis Atorisbasii. At us uiginis tici uel alterius generosi non coet quantum sufficit, datur prouectioribus ad nucis auellanæ magnitudinem: minoribus faba instar: pueris, ciceris. Medicamentum est quod dolorem sopit & somnum accersit.

ATHANASIA DOLOREM

leniens, pleuriticis accommodata, authore Oribasio.

Cassiae drachmæ octo, spicæ nardi, amomi, croci, opii, styracis, myrræ, costi, singulorum drachmæ quatuor, mellis despumati quod satis est, datur quemadmodum Philonium.

MEDICAMENTVM EX DV

plici pipere eiusdem effectus.

Cardamomi, castori, opii, singulorum denarii tres, myrræ, costi, piperis albi & longi, galbani, singulorum denarii tres, croci totidem: excipiuntur discocto, & ad fasces magnitudinem exhibentur.

MEDICAMENTVM DIA

codion, id est ex papaueris capi, tubis & sapo.

Capita papaueris uiridia minime aquosa octo, decem ue, die postquam decerpta sunt, incoquuntur cum dulcis radiculæ uncia, madefacta in sapo sextario rursum incoquuntur dum tabescant, ubi mediocris spissitus do facta est, ab igne sublata defenduntur: usus medicamenti est in febribus ubi sapore opus est, & quum tenuis defluxio à capite in thoracem defertur.

MEDICAMENTVM EX CA

pitibus papaueris & melle.

Capita papauerum, ut dictum est, & dulcis radiculæ uncta, in aquæ pluvialis aut putecante sextario donec intas belcant excoquuntur, ubi expressa fuerint, semisextarius

mellis decocto iniicitur: excocta usque ad spissitudinem
dantur: in quibus præter quod dolorem lenire & somno-
num conciliare oportet, etiam purgatione opus est, &
abstensione eorum quæ in pectori aut pulmonibus reo-
nibusq; inhærescent.

DIA CODION, COMPOSITVM.

Aqua, in qua papauerum capita decocta sunt ad præ-
dictam commoderationem, sextarius, vini dulcis hemi-
nae duæ, mellis pondo, croci, hypocistis, succi, singulo-
rum drachmæ quatuor: concoquuntur usque ad spiso-
stitudinem, uerum stomacho utilius est medicamen-
tum ex melle, capitum papaueris decocto, & ma-
lis cotoneis præparatum: efficacius si præter caplo-
ta, fertula campana & dulcis radicula aquæ incoc-
terint.

ECLEGMA EX MARR V

bio, simplex, tabidis maxime
accommodatum.

Marrubii comæ pondo in aquæ hemiuis sex decoquar-
tur ad tertias, inde herba proicitur, adiicitur autem aquæ
mel, incoquunturq; usque ad mellis spissitudinem, instat
cochlearis exhibetur.

EX MARRUBIO, COM-
POSITVM.

Marrubii come, iridis illyrice, hyssopi, pulegi, dulcis rao-
dicule, apii, singulorum sextans, caricarum pinguium
quadrans, nuclei pini resinati tantundem: minutim conso-
tula arida cum caricis in aquæ sextarios tres demergun-
tur, coquunturque usque ad tertias illis exemptis, aquæ
mellis libre due induntur, & ad crassitudinem melleam
incoquuntur.

MEDICAMENTVM EX ERVIS.

Amygdalarum amaratum sextans, farine erui triens,
hyssopi tantundem, iridis semuncia nucleorum pini
torrefactorum uncie due, mellis sextarius, uel quod
satis est.

P A V L I Ä G I N E T R

M E D I C A M E N T U M dodecatheon.

Iridis illyrice triens, erui triēs, hyssopi, urtice seminis, dulcis radicule, scenigræci, singulorum sextans, bulborum seminis lini tortefacti, singulorum triens, melanthii scrupula octodictim, pulegi scrupula sex, nucleorum pini torridorum sextans, piperis scrupula sex, mellis quantum sufficit.

A N T I D O T U M S O T E R A.

Spicæ nardi scrupula triginta nouem, myrræ scrupula vigintiseptem, croci scrupula triginta septem, castori scrupula triginta nouem, opii scrupula trintasex, pestrofeli scrupula quadraginta quinque, anisi scrupula nouem, apii scrupula septem, unci odorati floris scrupula trintasex, castæ scrupula duodecim piperis longi totidem, sinonis seminis scrupula sex, styracis scrupula octo decim, amomi scrupula duodecim, secelis totidem, hedyachroi, costi, asari, singulorum scrupula octodecim, mellis quod satis est.

E X S T Y R A C E B E C H I C O N

hoc est, fusi efficax.

Amomi, cassia, singulorum sextans, styracis, spicæ nardi, singulorum sesquicentum, croci, piperis alibi, singulorum uncia, mellis sextarius: exhibetur cochlearium.

M E D I C A M E N T U M P H I L O X E

ni, purulentis & longa defluxione
infestatis idoneum.

Resinæ terebinthinae denarii vigintiocto, nardi denarii sedecim, myrræ stillatig denarii sex, cardamomi, bulborum tantundem, croci denarii duodecim, galbani, denarii sedecim, amygdala amara octoginta mellis hemina: ex aqua potatur, quantum faba Ägyptia explet.

E S D R A, M U L T I P L I C I S V S V S

uehementer enim desiccatur.

Amomi scrupula sex, croci scrupula octodecim, dani
 seminis scrupulum unum & dimidium, foeniculi semis
 nis scrupula tria, cassiae flesquiscrupulum, iunci odorati
 floris scrupula quatuor & dimidium, cinnamomi scrupu
 lula tria, hypocystidis succi scrupula quatuor & dimi
 dium, sulfuris unciae quinque, papaveris seminis scrupu
 la quinque, pyrethri scrupula tria, petroselini flesquiscru
 pulum, iridis illyrice scrupula septem & dimidium, alter
 ci seminis scrupula tredecim & dimidium, spicæ nardi
 scrupula septem & dimidium, rutæ seminis flesquiscrupu
 lum, anethi scrupula tria, cardamomiuncie tres, rosa
 rum siccum scrupula quatuor & dimidium, neriflos
 tis flesquiscrupulum, est autem uelutina fibra ex qua oritur
 rosa, rhododaphnes & rose ipsius singulorum scrupu
 la tria, theu scrupula sex, gentianæ scrupula sex, hedys
 chroi flesquiscrupulum, tragacanthæ scrupula quinde
 cum, licii scrupula sex, citri arboris foliorum scrupula sex
 ocimi seminis flesquiscrupulum, anisi scrupula tria, colti
 myrræ: singulorum scrupula sex, bdellii scrupula se
 decim, artemisiae succi scrupula tredecim: thu lys
 riaci scrupula uigintiquinque & dimidium: asari, us
 teri mergi, lapidis iaspidis: singulorum scrupula tria
 piperis scrupula quindecim, castori flesquiscrupulum:
 cimolæ scrupula sex, sisonis scrupula novem: styracis
 totidem, opobalsami scrupula duodecim: felselis her
 ba: flesquiscrupulum: mellis unciae uigintiocto, uini quâ
 tum satis est.

MEDICAMENTVM EX

malorum cotoneorum

carnibus.

Malorum cotoneorum purorum librae tres: coquuntur
 in uini peruetusti sextariis tribus: deinde conteruntur:
 quibus piperis: anisi ligustici singulorum contritos
 rum uncia admiscentur. Nonnulli etiam zingiberis
 seminiam induunt, quidam in uicem uini: acetato
 usi sunt.

PAVLI AEGI NETA
MEDICAMENTVM EX SVCO
cis malorum , ad appetentiam abolitam & agram concordio-
nem probatum.

Malorum cotoneorum maturorum succisextarii duo: mellis laudati tantundem, aceti sextarius, zingiberis unciae tres, piperis albi uncie due: incoquuntur ad spissitudinem. hoc Galenus ad eos qui perfixerunt preparata in quibus autem bilis redundat, sine pipere & zingiberte conficitur.

QVOMODO PARET V.R.
melaplacontium.

Malorum cotoneorum purorum libre sex in uino coquuntur quo usque intabescant, inde exempte conteruntur, nonnulli mellis libras octo adiiciunt, coquuntur igne lento, ferula agitantes, ubi tam spissum totum euaserit: ut manus non inquieret, etiam tunc addunt contusi peris uncias tres, anisi tantundem, petroselini uncia. Sunt qui zingiberis uncia & mastiches tantundem miscent: * deinde mixta instar semuncie formant, & cù lauri foliis componunt.

CIDONATUM CONTVSUM
fragmentis saluis.

Malorum cotoneorum purorum frustulatum cōcisorū pondo octo, in uini sextariis totidem incoquuntur temperate: ut non dissoluantur deinde mellis despumati pondo octo, piperis unciae octo, petroselini, anisi, singulis quadrantes, zingiberis quincunx, spicæ nardi fescuncia, caryophylli uncia, ipsi admiscetur: omnia contusa ac modice incocta usque ad iusculi spissitudinem aferuntur, quibus refrigeratis fragmenta simul cum iure componuntur.

MEDIGAMENTVM DIA TRIA
on pipereon, ex triplici pipere.

Piperis communis, albi, & longi, singulorum denarii se ptem, zingibetis, anisi, thymi summitatum, singulorum denarii

* Ex epista-
ria uiden-
tur hic de-
pauata.

denarii duo, mellis quod satis est.

ALIVD ORIBASII.

Piperis albi unciae duæ, piperis nigri, & longi, spicæ nat
di, cinnamomi, ameos, caryi, hyssopi, seselis, dauci, petro
selini, singulæ unciae, zingiberis denarii quatuor, mellis
libræ tres.

ALIVD.

Piperis communis quadrans, albi uncia, longi tantum
dem, petroselini, cinnamomi aut casiae duplicate, zin
giberis, singulorum unciae, mellis unciae una & uirgin
ti, uel quod satis est. ego etiam thymi comæ uncis
am miscui.

DIOSPOLITES.

Cumini aceto madefacti torrefactique uncia piperis, zin
giberis, singulorum unciae duæ, ruta uiridis fuscuncia, nā
tri drachmæ duæ & semis: melle excipitur.

MEDICAMENTVM DIA CI

trii, hoc est ex malo medico, tarde
concoquentibus efficax.

Aceti heminae tres, mali medici carnis pondo libra, hyssopi,
 ruta, singulorum fasciculus: per noctem in aceto
madefacta ad tertias decoquuntur, expressaque prolixi
ciuntur: aceto misctur mellis sextarius, rursusque in
coquuntur ad mellis spissitudinem: ubi incrassata
fuerint, insperguntur asari, meu, piperis albi, singu
li sextantes. exhibetur cochleare mane, & dormituro.

PICRA, HOC EST AMAS

ra, compositio Galeni.

Aloes drachmæ centum, xylobalsami, mastiches, cro
ci, spicæ nardi, asari, cinnamomi, singulorum drach
mæ sex. Quidam addunt etiam iunci quadrati flo
ris & casiae, utrusque denarios sex. exhibetur drachma
ex oxymelite.

PICRA EX OXYMELITE,

ad stomachicos, uterus & aquam
inter curem.

PAV. AEGIN.

XX

PAVLITÆGINETÆ

Aloes unciae quatuor, phylli unciae duas, costi cassiae, 29 momi, iridis, singulorum denarius, foeniculi rad: cis coroticis libra, mastiches, nardi gallice, zingiberis, singulorum denarius, piperis denarius, meu denarius, aceti, melis, utriusque felsquixextarius: foeniculum in aceto prius excoctum proiicitur, deinde mel additur. Vbi usque ad melleam spissitudinem incoixeris, reliqua detrita insperges.

MEDICAMENTVM EX LV

pino iecore præstantissimi.

*Græce Gentianæ, chamepityos, petroselini, marubii, succi, aza-
est x^o ap- ci, finapis, scolopendrii, panacis radicis: rubrica erythro-
x. i. suc- dane: brasice seminis: aristolochia longe: piperis albi:
ci, arcii spice nardi, costi, erucæ seminis: eringiæ radicis, polii, echii
fortelege eupatorii, baccarum juniperi, lupini iecoris, heleniæ,
du xonias pares modi: melle non cocto excipiuntur, tulisoque
ap. x. i. s. colitionem non experto, ad nucleus auellanæ magnitudinis
fellis ursi nem dantur.

THEODORETVS DIA

Galenus *Tyndall obso* **A N A C A R D I O N.** *Imprimitur A* 26
hēt in si. Anacardiorum fescuncia: croci, castis, phylli, spicenar-
mili com di, caryophylli, meu agarici: iunci quadrati floris, rheu-
positione epithymi, singulorum denarii quatuor, acori, piperis, fino-
gulorum fescuncia, aloes uncig tres, saxifrage, mastiches
iridis illyrice, singulorum fescuncia, myrobalanorum un-
cia, mellis libre sex uel quantum sufficit. *Imprimitur A* 25

THEODORETVS ALTERA

dia anacardion.

*Aloes drachmæ sexaginta: agarici drachmæ uigintiqua
tuor, croci, casie, theu pontici, acori, cinnamomi, mastiz
ches, singulorum drachmæ decem, costi, rutae feminis,
piperis albi singulorum drachmæ octo spice nardi dra
chimæ tres, xylobalsami, asari, chamaedryos, meu, singu
lorum drachmæ quatuor, mellis quod satis est. Non
nulli hic quo addit anacardia duo, datur drachmis
binis cum mulsa.*

LIBER SEPTIMVS.

340

MEDICAMENTVM CYPHOI,

des:ad lecorosos,& pectoris uitia.

Vix passæ carnis drachmæ uigintiquinque, croci dra-
chma,calami odorati drachmæ *duæ : bdellii drach-
mæ duæ & semis Le casia fæ squidrachmæ Lcinnamomi *Gal.due
tres oboli;nardi totidem, junci quadrati drachmæ *due & semis,
myrrhæ, resine terebinthine, singulorum denarii quatuor Lrepositio-
næ, aspalathi ramenti oboli duodecim, mellis drachmæ Ltū ex Gal.
sedecim, uini quantum sufficit. *Gal.due
& semis.

ALIVD CYPHOIDES,

Alexandri.

Croci,cinnamomi,bdelli, singulorum denarii quatuor,
myrrhæ, calami aromatici, singulorum drachmæ due, að
spalathi,junci odorati floris,singulorum drachmæ tres,
casia, nardi, singule drachmæ, terebinthine resine dra-
chmæ sedecim, uue passæ carnis drachmæ centum sexa-
ginta,mellis fæ squihemina,uini Chii quod sufficit.

DIA BACAN V MEDICA

mentum,hepati accommodatum.

Bacani uncia , costi tantundem , phylli scrupula octo ,
piperis albi scrupula sex , spice nardi totidem mellis
quod satis est : datur cochlearium cum temperatu-
ra conditi.

MEDICAMENTVM ZOPYROS.

Myrrhæ drachmæ quinque:croci, casia, singulorum
drachmæ quatuor,cinnamomi drachmæ tres,spice na-
di drachmæ due,junci odorati floris tantundem, pipe-
ris albi fæ squidrachma,thuris drachma:costi drachma:
mellis quod satis est.

COMPOSITIO PÆONIA.

Styracis calamitis drachmæ sex:thuri amomi croci,sin-
gulorum fæ uncia , spice nardi drachme sex, phylli
drachmæ due , piperis albi drachmæ sex , & commu-
nis octo,myrrhæ uncia:costi tantundem , mellis quod
satis est.

PAVLI REGINETÆ
CATAPOTIA DOSITHEI

ad iecur inscripta.

Aloes uncia, spicæ nardi, phylli, costi, singulorum scrupula duo, agarici scrupula octo, mastiches scrupula tredecim, epithymi scrupula quatuor, theu scrupulum.

OXYMEL SPLENICVM, HOC

est, sieni dictatum.

Capparis radicum corticis, scolopendrii, spicæ nardi, aſari, iridis, junci quadrati floris, junci rotundi floris, anisi, cumini, foeniculi, acori, ericæ fructus, singulorum uncia, myricæ foliorum, salicis foliorum, apii radicis, iuris arboris, scillæ, singulorum uncia duæ, aceti sextarii tres, melis tantudem, guttae ammoniaci præparatum modo scillini, duobus cochleariis exhibetur.

OXYMEL, CALCVLOSIS

EFFICAX.

Saxifragæ, betonicæ, graminis, adianti, spicæ nardi, carpesii, aſari, eryngii, singulorum uncia, petroselini Mace, donici, rutæ singulorum semuncia, foeniculi uiridis, iridis, scillæ toſtæ, chamædaphnes, singulorum uncia duæ, capparis radicum corticis uncia tres, si uncia duæ, aceti, mellis singulorum sextarii duo.

PHVS CA AD CONTEREN

dum calculos.

Pulegii, mastiches, apii seminis, menthae fissa, singulorum uncia, salis communis torrefacti pondo, corandri seminis, spicæ nardi, anisi, ameos singulorum scrupula sex, phylli scrupula quatuor, piperis albi (semuncia), uel communis uncia, lithospermii uncia sex, betonicæ totidem: aceti generosi sextarii quinque: omnia contusa, critata & in tenuissimum pollinem detrita, per triduum aceto madescunt, deinde diebus quadraginta insolantur: ubi uisu inciderit, nigrum cicer, asparagi radicem, apium & adiantum decoquitis, in huius decocti misturam heminas duas aceti superinfundis, & ægro in calido balsi solio propinas. Nonnulli uero medicamenta ex præ-

dictis speciebus siccis, scrupula duodecim cum posca di-
stum herbarum iuri temperata exhibent, & nihilomi-
nus medicamentum proficit.

CONDITVM CALCVLOS

confringens.

Piperis albi, saxifragæ, spica nardi, lithospermi, betonis
cæ, singulorum uncia, petroselini, phylli, singulorum fel-
cuncia ruta sylvestris seminis semuncia, mellis sextarius
uini ascalonitis sextarii sedecim.

MEDICAMENTVM EX SAN-

guine hircino.

Quum uua incepit maturescere, hirci ætate florentis
sanguinis in sole siccata cochlearia duo calculosis exhibi-
beto cum passo cretico. Quidam uero amomi & phyl-
li, utriusque treis uncias miscent. Alii etiam myrræ qua-
tuor scrupula.

EX CICADIS MEDICAMEN-

tum nephriticum.

Lithospermi, raphidis pilos combusiti, seselis, singulo-
rum uncia ameos, cucumeris satui feminis, saxifrage,
uuæ pîsæ acinis exemptis, althææ feminis, phaseoli ali-
bi, lyncurii, singulorum femuncia, spicæ nardi, phu, meu-
lapidum ex spongiis, singuli denarii, adianthi, paluri se-
minis interioris, si siccii, ubi radicis, graminis, polypodii
singulorum denarii tres, hircini sanguinis desiccatus in di-
ctum est, scrupula sex, cicadarum siccaram sine capite,
pennis & pedibus, triens, piperis albi denarii sex, mellis
discocti quod satis est, datur instar nucis auellanæ in cō-
dito tribus obolis, aut decocto saxifrage, aut si, aut radi-
cis asparagi, aut rosmarini, aut quinquefolii, aut lanarie
herbæ radicis.

MEDICAMENTVM.

ex lithospermo.

Lithospermi, betonicae, saxifrage, petroselini, piperis ali-
bi pares portiones cum melle excipiuntur.

PAVLITÆGINETA

MEDICAMENTVM EX

marrubii semine.

Piperis albi & nigri, dauci cretici, cucumeris satui seminis,
foeniculi seminis, marrubii feminis, perroselini mace-
donici, pyrethri zingiberis phylli, singule unciae, mellis
quod satis est.

MEDICAMENTVM EX LAO

pide iudaico, qui tecolithos dicitur.

Spica nardi, hyssopi, lapidis iudaici, singulorum scrupula
la octo, piperis scrupula duodecim, zingiberis, petrose-
lini costi saxifrage: singulorum scrupula sex casiae apii
feminis: singulorum scrupula tria, cypri scrupula sex, ra-
menti eboris scrupula quattuor, cardamomi ligni scrupu-
la sex, feminis lini scrupula quatuor, mellis quantum
sufficit.

MEDICAMENTVM EX

sylvestris malue semine.

Cucumeris domestici seminis denarii duodecim, altero-
ci seminis denarii sex, circute seminis denarii tres (alii sex)
opi foeniculi, malue sylvestris seminis, croci, singuloru-
denarii tres, apii seminis denarii sex, casiae denarii qua-
tuor, amygdala basilica decem, nuces auellane totidem
asari denarii quatuor: palso cretico excepta dantur tris
bus obolis, si febris abest, cum sapa. Nonnulli melle
excipiunt.

MEDICAMENTVM EX BELLAR-

riis nephriticum, uescicæ & renum exulce-

rationi idoneum.

Vvae passæ albe, cui acini sint exempti, nucleorum pini
recentium, singulorum unciae due, cucumeris feminis
cortice exuvi: baccarum myrti nucleo ablato, amygdala-
larum amararum, palmularum pinguisum, apii semi-
nis, papaueris seminis, croci singulorum denarius,
myrra unciae due: instar denarii ex passo ieiuno pro-
pinatur.

SATYRIACVM ANTIDOTVM,

Zingiberis, satyri superioris, singulorum drachmæ octo
 scinci caude, meu asari petroseolini cardamomi sefelsis,
 singulorum drachmæ quatuor, eruce seminis, cinnamo-
 mi, singulorum drachmæ tres, criniti piperis albi, crini-
 ci seminis, singulorum drachmæ due, iunci odorati flo-
 ris, spice nardi, singule drachmæ, sanguinis hircini my-
 strum, datur denarius imbecillioribus cum lacte.

CATAPOTIA EX XYLO

macere, dy sentericis utilia.

- 20 Xylomaceris, opii rheu, singulorum scrupula sex: gallæ
 myrræ, singule unciaæ, excipiuntur uino spathite.

MEDICAMENTVM EX CO

rallio, quod diachoralliu vocatur,

25 podagricis idoneum.

- Rheu barbarici, peoniæ, myrræ troglodytidis, spice
 nardi, singuli sextantes, phylli uncia, Caryophylli grana
 quindecimi, anagallidis phoenicie coloris quam uos-
 cant corallion, semuncia, aristolochiq longe unciaæ qua-
 tuor, & rotunde totidem, datur instar scrupuli quotis
 die, concoctione probe defuncto. Incipendum ue-
 ro est ab æquinoctio autunnali, quod circa uigesi-
 munquartum mensis Septembri diem accedit, capiens
 dumque deinceps ad dies quinquaginta, deinde relin-
 quetur quindecim dierum intervallo, atque sic facere
 oportet quoisque dies quibus assumitur absoluuntur
 trecenti sexaginta quinque. Sub canicule oitu omnino
 abstinentum est, hoc est à uigesimo quarto die Iunii us-
 que ad Augustifinem. Vitari debet uenus, carnes præ-
 30 fertim suilla, fastamentum garum beta daicum mentha
 & lactuca discotæ, peponesque piscium capita, camma-
 ri, tum qui molli, tum qui testacea cute prædicti sunt, le-
 gumina omnia, & fumigatum quæ crassi succi sunt, uinum
 nigrum & liberalius, Balneum conuenit & quotidianu-
 35 exercitium, uel pedibus, uel equo, uel gestatione adhuc
 bitum, Qui uero habitu sicciore sunt, etiam si plenius

PAVLI AEGINETA

nutciantur, non offenduntur.

A GAPETI COMPOSITIO

ad podagrum.

Phylli rheu barbarici, croci, spicę nardi, myrrhę troglo
dytidis, costi, chamædryos, singuli sextantes, aloes hepaticæ,
quincunx, hyperici, peoniæ, singuli quadrantes aris
stolochię longe, phu, meu, damasonii, anagallidis, singu
li tridentes: utendi modus idem est quia in compositione
dia coralliu.

C O M P O S I T I O A T A C T O S

ad podagrum.

Phylli, meu, damasonii, anagallidis cui flos est cœruleus
erythrodani, mafiches, croci, casfæ, aloes hepaticæ, gés
tianæ, chamædryos, singulorum uncia, caryophylli, asa
ri Lpiperis albi & nigri, singulorum semuncia, spicę nar
di, myrrhę, rheu barbarici, pæonie radicis, aristolochia
longe & rotunde, singulorum uncia duæ. Similis
usus est.

P R O C L I C O M P O S I T I O ,

podagre & coxendicum doloris
bus accommodata.

Chamedryos unciaæ nouem, centaurii unciaæ octo, aris
stolochię unciaæ septem, gentianæ unciaæ sex, hyperici un
ciaæ quinque, petroselini macedonici unciaæ quatuor,
meu unciaæ tres, agarici unciaæ duæ, phu uncia una, mel
lis attici heminaæ duæ.

M E D I C A M E N T U M E X R E
bus septem constans ad eadem.

Hyperici, aristolochia longe, singulorum uncia, centau
rii, camephytos, agarici, singulorum tres unciaæ, chame
dryos unciaæ sex, gentianæ unciaæ quinque. Nonnulli etiā
petroselini unciam addunt, melis drachmas quinque.
datur instar denarii.

D E P A S T I L L I S . Cap. XII.

P Astilli trochisci à figura nominantur. Tres sunt eo
rum species, alii namque sunt potabiles, alii in ali

um dantur, alii delinuntur. Ex his igitur qui potantur,
 ali compunctione aluum, aut sanguinem aut alias quas
 piam fluxionem, refrigerando, aut astringendo, aut op-
 plendo, aut deficando eam cohibentes: quemadmo-
 dum qui constat spina ægyptia, & qui seminibus, confis-
 miles; alii dolorem sopiunt, uel quod sensum obstru-
 pefaciant, ut crocodes dictus, uel quod humores dif-
 fundant, ueluti ex aromatis confessi: alii liuenem, aut reo-
 nes, aut iecur obstructione liberant, ut qui ex amaris a/
 mygdalis confit. Eorum uero qui in aluum induntur,
 nonnulli acrimoniam obtundunt, ut in terminibus inte-
 stinorum, quemadmodum ex pompholyge, amylo, ter-
 ra famia, ex tremore pifanæ aut eiusmodi aliquo præ-
 parati, nonnulli alii aut sanguinis profluvium astringunt,
 15 sicuti qui alumine, acacia, & omphacio constant, qualis
 est qui plantaginis iniecti: nonnulli adurentes, dysenteriac
 quam ulcera depascientia exercent, idonei: ex sandara
 cha, aut pigmento, calce, charta combusta, confessi. In-
 serentur autem cum succo lenticulae, aut oryzæ, sic ut in
 20 testinum prius muria elotum sit, ægerq; cibum & potū
 antea assumpslerit, ne aliquid medicamenti uitutis relis-
 quum, ad stomachum rapiatur. Cæterum utilles sunt pa-
 stilli qui ab inferioribus partibus insicuntur, ad affectus
 potissimum qui infra umbilicum infestant. Nam supe-
 25 riis uis ipsorum peruenire non potest. At qui delinun-
 tur similes illis ureis obtinent: uerum astringentes, in
 herpete, papulis, quæ dicuntur exanthemata, intertrigini
 nibus, sanguinis eruptionibus: & fluidis ulceribus profo-
 ciunt: cuiusmodi est Andronius & Polyide, qui uero ob-
 30 tundunt, carbunculis & malefici expedient: utpote leu-
 cus dictus, & dialotariorum urentes, sicut iam comprehen-
 si, cuius generis habentur & Faustiani, serpentibus natu-
 ralium & sedis ulceribus, pterygiis, & carnosis narium
 uitios accommodantur.

35 PASTILLVS ASTER
 DICTVS.

P A V L I A E G I N E T A

Croci, opii, castorii, spice nardi, casiae, myrrhae, lénie creste, mandragorae corticis, singulorum triens, dauci apii, aenisi, seselis, alterci seminis, styracis, singulorum denarii octo: uino levigantur.

P A S T I L L V S T R I G O N V S
Apii seminis, alterci seminis, singulorum denarii duo, aenisi denarii quatuor, opii denarii tres: aqua teruntur.

P A S T I L L V S A S E M I N I B U S
dia spermaton dictus.
Anisi, ameos, foeniculi seminis, singulorum denarii quatuor, apii seminis, opii, alterci seminis, singulorum denarii duo: aqua leuigantur.

P A S T I L L V S C R O C O D E S
hoc est croceus.
Anisi, dauci cretici seminis, singulorum drachmæ quatuor, myrrhae, castorii, singulorum drachmæ due, croci, opii, singulorum drachmæ tres, apii seminis, styracis, singulorum drachmæ quatuor, alterci seminis drachmæ sex: ex aqua deteruntur.

P A S T I L L V S D I A R H O D O N .
Acaciae, gummi, rosarum floris, balaustorum, hypocistis succi, gallarum, singulorum drachmæ tres, rosarum utridum succi: plantaginis seminis, singulorum drachma, lycii indici tantundem.

P A S T I L L V S D I A C O R A L L I V .
Alterci seminis, thuris, singulorum drachmæ octo, terræ famiae, corallii, minii Sinopici, opii singulorum drachmæ quatuor, amyli, balustiorum, singulorum drachmæ due: succo polygoni excipiuntur,

*Gale. nus.
& Ori. ba.
drachmæ
triginta.
†Oriba.
drachmæ
quidecim.
P A S T I L L V S E X E L E C T R O .
Herbz pulcaris unciae quinque, masticæ unciae quatuor, electri scobis, iridis, croci singulorum *unciae quatuor, opii + unciae due.

P A S T I L L V S E X S P I
na Aegyptia.
Spine Aegyptiæ, thu, thuris, acaciae, aluminis scissi,

LIBER SEPTIMVS.

350

hypocistidis succi , gallæ , lemnæ crête , corallii , sym
phyti , terre samiae , aloes , ladani , pares portiones : uino
subiguntur.

ALIVS PASTILLVS, Q VEM

Galenus aphrodisiasticon clis
dion inscribit.

Satiuæ punice floris spine , Ægyptiæ , balaustiorum , hyz * Gal. uñ
pocistidis succi * acaciae , singulorum drachmæ sex , lycis , sumptu
rheu pontici , opii singulorum drachmæ quatuor , myr , est , acacia
rhæ drachmæ due : excipiuntur uino myrtleo , uel solariu succi ,
baccarum ve myrti decocto .

CLIDION ORIBASII AD

dyfentericos & coelosacos .

Galle omphacitidis denarii octo , opii denarii quatuor :
ex aqua singuntur catapotia , dantur terna aut quaterna .

PASTILLVS EX CORNV

ceruino dyfentericis & sanguinem
excreantibus salutaris .

Cochlearum drachmæ duodecim , cornus ceruini com
busti , galle torrefactæ , acacie inare actæ , singulorum
drachmæ quinque oboli duodecim , baccarum myrti
nigre drachmæ quindecim , opii siccati , hypocistidis suc
ci , singulorum drachmæ quinque , labrusce floris drach
mæ sex , mandragore radicis succi , terre samie q aster
dicitur , singulorum drachmæ duodecim , rhu obsomio
rum drachmæ quatuordecim , malicorii torridi drach
mæ septem , thuris drachmæ octo , piceæ corticis exare
facti drachmæ quatuordecim , alterci seminis siccati
drachmæ decem , rhus coriarii sextarii duo , uini nigri
quantum rhu incoquendo ut unum fiat crassissimum ,
satis est , atque hoc percolato : reliqua excepta in pastillos
coguntur .

PASTILLVS AMAZONVM.

Apil seminis , anisi , singulorum drachmæ sex , absinthii
come drachmæ quatuor , myrræ , piperis , opii , cafforii ,

PAVLI EGINETA

singulorum drachmæ duæ; cinnamomi drachmæ sex;
aqua subiguntur.

**PASTILLVS EX AMYGDA^L
lis amaris.**

Anisi, apii seminis, asari: amygdalarum amararum, absin
thii comæ, paria pondera: ex aqua singuntur pastilli, qui
drachmam pendeant, dantur febri parentibus ex mulso
febricitantibus cum hydromelite.

**PASTILLVS EX ERICA,
lioni dicatus.**

Ericæ fructus denarii quatuor, piperis albi, nardi syria^s
ce suffuminis ammoniaci, singulorum denarii duo: amoniacum
acetō soluitur, aridisq; admiscetur: singuntur
pastilli qui singuli denarium expleant, exhibentur sin
gulatum cum oxymelitis cyatho.

**PASTILLVS EX VESICA^R
rii, dia physalidon uocant.**

Cucumeris satiū excorticati seminis unciae quatuor, alio
terci seminis, cicute: singulorum unciae duæ, foeniculi, la
pathi seminis, croci, nucleorum pinii, amygdalarum ana
torum, opii, singulae unciae, ueſicariae sextarii tres, uini
quod sufficit.

**PASTILLVS PHILIPPI,
ad intestinorum tornina.**

Balaustiorum, acaciae, hypocistidis succi opii rhu thuris
myrræ croci gallæ aloes rheu pontici malicorii bacca
rum myrti singulorum drachmæ quatuor: excipiuntur
uino austero: formanturque pastilli triobolares, dan
tur si febris abeat, cum uino: febricitantibus: cum hy
dromelite.

PASTILLVS MVSÆ.

Additur Alumius aloes myrræ atramenti futorii: singulorum
ab Oribा. fescuncia: malicorii: crocomagmatis croci singulorum
drachmæ sex: excipiuntur uino.

**QVOMODO CROCO MAG^A
ma paretur.**

LIBER SEPTIMVS.

352

Croci unciae duæ rosarum amyli myrrhae aloes thuris
gummi singulorum uncia costi spicæ nardi, singulorum
drachma: uino subiguntur. At in capite de oleo croci,
no alia quoque crocomagmatis confectura dicetur.

PASTILLVS NERÆ EX

heræ commentariis.

Myrrha aloes croci singulorum drachmæ octo, alumini
nis scissi, drachmæ centum: aqua excipiuntur.

POLYDE SPHRAGIS.

Aluminis scissi denarii * quatuor: myrræ denarii $\frac{1}{2}$ * Galenus
et: atramenti sutorii denarii duo: floris satiæ pustres addit
nive denarii duodecim: fellis taurini denarii sex: a. q; thuris
lias denarii sedecim: aloes uncta: uino austero ex quatuor.
cipiuntur.

PASIONIS PASTILLVS.

Squame æris denarii duodecim: eris combusti, * salis *Græce e
ammoniaci, aluminis rotundi, æruginis rasa, thuris fini, rat $\alpha\lambda\omega\eta\varsigma$
gulorum denarii octo: uini quod sufficit. pro $\alpha\lambda\omega\eta\varsigma$
sic. n. hēt

PASTILLVS ANDRONIVS.

Oribasius
Satiæ punice floris drachme decem: galle drachme & sensus
octo: myrræ drachme quatuor aristolochie longæ exigit.
drachme quatuor: atramenti sutorii croci aluminis scissi
crocomagmatis misyos thuris singulorum drachmæ
due leuigantur in uino astringenti uel acetō.

PASTILLVS FAVSTINI.

*Oribasius.
Auripigmenti drachme duodecim, sandarache drachmæ us, drach
me sex: calcis uiue drachme octo charte combustæ mæ tri
drachma: myrti baccarum succo uel decocto excepta, ginta due
in pastillos redigito: & cum myrti baccatum, lenticulæ, qd magis

& rubi radicum de octo immittito. cōuenit.

PASTILLVS EX CHARTA

dia chartiu appellatus.

Charte combustæ * dupondo, calcis, auripigmenti, in literis
sandarache, singule unciae: succo plantaginis ex græcis.

cipiuntur.

PAVLII EGINETÆ

PASTILLVS CVI NOMEN
est thronus Marcellius.

Chartæ combustæ drachmæ decé, sandarachæ, auripigmenti, squame æris, aluminis scissi, singulorum drachmæ quatuor, balaustrii drachnie tres, opii drachmæ due calcis non restinctæ drachmæ uiginti, omphacil drachmæ, hypocistidis succi drachmæ tres: uino myrtle excepta coguntur in pastilos qui drachmas quatuor pendent: *coquunturque in uino malicorium, myrti baccae, & rosæ usque ad tertias: datur pastillus unus aut in totū quatuor, ex sex uini cyathis.

PASTILLVS A SVBERE,
dia phellon dictus,

Gallæ, chartæ, fœculæ uini, panis, singulorum concrescatorum denarii decem, in alio habetur etiam cornu cerulinum combusti denarii quindecim, auripigmenti denarii duo, sandarachæ, calcis, uruisque denarii quindecim, acaciæ cerusæ, singulorum denarii quinq; argenti spuma denarii tres: uino lèuitantur.

BITHYNVS.

Malicorii drachmæ decem, cadimia unciæ tres, aristos lochia, gallæ, panacis, radicis iridis, atramenti futorii, aluminis scissi, chalcitidis, mifysos, squamæ æris, mannae, (nonnulli etiam costi) singulorum fescuncia: acetô subiunguntur.

PASTILLVS DIA CASTO
riu, ad ulceræ, nomas & defluxiones.

Croci, aloes, thuris, singulorum uncia, cytthnorum aluminis scissi, castorii, mannae, æruginis rasæ, singulorum uncia, minii sinopici libra: excipiuntur uino ueteri.

PASTILLVS EX CASTO
rio, colicis efficax.

Myrræ, castorii, singulorum scrupula sex, croci, opii, singulorum scrupula nouem, anisi, apii seminis, dauci se-

LIBER SEPTIMVS.

353

minis, singulorum semuncia, alterci seminis scrupula
octodecim.

PASTILLVS EX OENE

læo, sedis & naturalium uis

riis utilis.

Ceruſæ uncia decem, argenti ſpumæ uncia quinque,
thuriſ, recremeti plumbi, aluminis ſcifi, singulorum uis
cia due: uino marne experte laevigantur, in uoluſo ro-
ſaceo aut myrteo ſoluuntur.

PASTILLVS EX LAPIS

de phrygio, naturalium uitia

accommadatus,

Lapidis phrygil combuſti reſtinctique ter, primum
butyro uel rosaceo, deinde uino poſtea melle un-
cia duæ, rosarum floris uncia quatuor, malicoriſ
uncia.

PASTILLVS DIA LOTA

rion, quod eſt ex loto ſylueſtri,

ad ſedis & naturalium uitia.

20 Ceruſæ, amyli, glauci, croci, aluminis, & quales portio-
nes: teruntur ſucco loti ſylueſtris, aut uino.

PASTILLVS LEVCVS.

Terra ſamia triens, pompholygis, ceruſæ, amyli, ſingui-
li ſextantes, opii ſcrupula quatuor: aqua ſubiguntur.

PASTILLVS DIA ALICACABV.

Spumæ argenti drachmæ uigintiquatuor, ceruſæ drach-
mæ duodecim, aut una & uiginti, alicacabi drachmæ
octo, atramenti ſutorii drachmæ quatuor, aluminis ſcili
ſi tantundem, mini quod ad [colorē] ſatis eſt: aqua

40 excipiuntur.

PASTILLVS EX DVPLI

ci ueratro, idem uero ex ~~kas~~

cacia dupli.

*Græce a-

rat & Aine

uæ ſeo

nullo ſen-

Acaciæ nigra & rubentis, glutini fabrilis, (in alio picei) ſu pro-
35 glutinis) singulorum uncia quatuor, guttae ammonia/
ci, glauci, aloes, singulorum uncia duæ, thuriſ masculi

PAVLI AEGINETA

uerat̄ nigr̄ & albi, singulorum uncia: aceto scillico excepuntur, quum usus incidit eodem uel communis soluta: ante balneum: & rursus post id inunguntur.

PASTILLVS CRIOCENES.

Myrrhae, æris combusti, aristolochia rotunde, eruginis rasa, squame stomachatis, uerbenace recte, aluminis rotundi, singulorum uncia, aceti quantum satis est, decerpit autem debet uerbenaca, quum sol est in ariete.

*Medose
erat nippes
i. gilui p
nippes.

Fit etiam emplastrum in hunc modum: pastilli, *ceræ, colophonie, olei, par mensura, aceti quod ad laevigandum pastillum sufficit.

PASTILLVS A NIGRO

uiridique colore dictus melanchlorus.

Myrrhae, aloes, squame æris combusti, auripigmenti, aluminis scissilis, & rotundi, iridis, chalcitidis, misyos salis fosfittii atramenti futorii: ceruse nitri argenti spume passacis radicis cadmiae malicorii galle aristolochie rotunde squame stomachatis eruginis rasa singulorum uncia: aceti quod satis est. Fit etiam hoc modo emplastrum: pastilli uncie due colophonie cere olei singulorum uncie sex: aceti quod pastillo subigendos us est.

PANTOLMIUS AD CHI

ronia malignaque ulcera &

defluxiones.

Casie æris cremati ceruse argenti spume, eruginis rasa aluminis scissi rotundi liquidi & lateriti quod plinthitis dicitur, panacis radicis, aristolochie longe & rotunde malicorii atramenti futorii: portulace iridis astragalitis dis chalcitidis misyos gutte ammoniaci: salis ammoniaci: æruginis ferris squame eris aloes diphrygis thuris galile sarcocolle plumbi cremari foliorū oleo, foreos myrtle crete futorie lique: balaustrorum spine & gyptiæ: sulfuris ignem non experti: rhū rubri: rhū syriaci: chrysocolle: rhus coriarii: acacie salis spume: omphacii auripigmenti singulorum pares modi: cū aceto diebus triginta,

*Græce
erat su πην
πισ. i. aliud
minni.

triginta sub canicula sidere laevigantur.

PASTILLVS NYMPHODOTI.

Aphroniti uncia, nitri Alexandrin. saponis gallici, fin
gulæ unciae, salis cappadocii, mastiches, gallæ; singulo
rum denarii quatuor, foliorum rosæ, amomi, amy
li, singulorum uncia, phylli denarius, aluminis scissis
lis, costi, singulorum denarii duo, unii myrtlei quo
datis est.

PASTILLVS EX THAPSIA,
hemicranico dolori efficax.

Succi thapsiae drachmæ sedecim, myrræ drachmæ os
to, opopanax, euphorbiæ, singulorum drachmæ sex,
nitri liquoris parthenici, singulorum drachmæ quatuor,
piperis, laganæ, singulorum drachmæ duæ, acetii quan
tum sufficit. Vbi utendum est, aceto inunctum post ho
ras sex abluit: at si uoles remissiore uti, cerato pari ex
ceptum illinito, noctemq; finito.

PASTILLVS QVIA ANO SVBII
ctitur, hypotheron dictus, ad intestinorum tor
mina, & ani dolores.

Terræ famiæ, amyli, singulorum quadrans, croci sextæ,
acacie, tragacanthæ, singulæ unciae, castori, thuris, lycii,
singulæ semunciae, in calidioribus etiam opii semuncia
adicticur: herbae pulicaris succo excipiuntur, *singun
turque pastilli.

DE MEDICAMENTIS QVIBVS
aridis utinur, xeria dicuntur, & smegma
tis.
Cap. XIII.

*Exemplar
græciū uis
det hic
deprauat
tum.

ARidorum medicamentorum quæ sanè & cata
plasmata ab inspergendo uocantur, alia ulceris
bus congiunt, alia cuti applicantur: ex iis quæ
ulceribus faciunt, quædam cauis carnem inducunt, quæ
dam ex crescentia reprimunt, quædam cicatricem gene
rant, quædam urunt exeduntq; nonnulla sanguinem co
ercent. Quæ igitur carni generandæ sunt, uel repurgan
do sordida, carnem creant, ut quæ constant ex eruo, ari
ercent.

PAV. AEGIN.

YY

PAVLI AEGINETÆ

tilis, ideoque ante iſum affluit, quo corpus ſinapi
reddatur idoneum, à ſinapismo adhibetur, ut affectus
reliquias diſcutiat. Sinapismuſ materiam quidem uaria
non habet, uerum diuturnis potifimū affectibus post
commemoratam aliorum prædiorum uim, efficacisſi
mus eſt: utiliſime autem applicatur capiti in eius dolo/
re quem cephalæam dicunt, & quum altera dunataxat
ipsius pars affigitur, Græci heterocraniam uocant in
morbo comitiali, uertiginibus, & iſtanſia: pectori autem
in ſuſpirio, orthopnoea, hoc eſt quum non niſi recta cer
uice ſpiritus trahitur, & tuſi longa. At in diuturna huſ
morum e capite in fauceis deſtillatione, & caput & tho

ax sinapi oblini debet. Item stomachus & uenter in lo-
gis ipsorum morbis eodem obducuntur. Iam conues-
iens est præsidium sinapi coxendicum & podagrīcī
doloribus, omniq[ue] partis solutæ, aut alio quodam
modo perfrictionem expertæ, ut difficulter excalieri
posit. Ac tunc profecisse satis id putato, ubi dolor sub-
sequutus fuerit, validus, & caro liquidior altiorq[ue]; evase-
rit, & postquam absolum fuerit, mitius pusculæ erupe-
rit. Q[uod] si etiam sensus perierit, animum adhibere
negotio conuenit, parte quam obliueris sc̄pius detecta-
nam si uel immode adurantur ita affecti non persentia-
scunt. Præterea in acutis morbis, ut pote lethargo, pro-
funda in somnum delatione, (cataphora dicitur) & cato-
cho, sinapi inducitur, per initia quidem, cruribus: ubi ue-
ro materia radices egerit, capiti. Porro qui ita frigori pa-
tuerunt ut uix ullo modo queant incalefcere, iis crura &
inguina sinapi oblinuntur. In his autem qui continua fe-
bre laborant, ulcus q[ui] habent, tum in cartilaginosis, tum
locis excarnibus uitari debet sinapis mus: nam partes car-
nibus uacua si obducantur sinapi, uruntur, interim etiā
nigrescent.

B R O M I O N A C O P O N.

Cera, resina colophoniæ, singulorum libra, ad ipsiis suilli
unciae quatuor, butyri unciae sex, althææ, fœnugræci, se-
minis lini, singulorum librae duas, olei libra, galbani unciae
duas & semissimis: excocto succo cum oleo quo usque ma-
gna illius pars fuerit absumpta, reliqua cum cera & gal-
bano adisciuntur.

A C O P O N A V A R I E T A T E

foecilon dictum.

Succi althææ, fœnugræci, seminis lini, rutæ, cumini, fino-
gulorum librae duas, medullæ ceruinæ, olei ueteris, ad ipsiis
anserini, opobalsami: nardi, singulorum libra ceræ,
colophoniæ & resinæ singulorum sesquilibra, euphor-
bii, resinæ terebinthinæ, opanacis, singulorum unciae
sex, castorii unciae tres, herbarum unde succus exprimit,

PAVLI & GINETÆ

singularum libra iniicietur, coquæ ut superius.

ACOPON AZANITÆ.

Adipis suilli libræ duæ, seu taurini, resinæ colophoniae,
hyssopi medicamenti, ceræ, singulorum libra, galbani
uncia tres.

ACOPON BASILII.

Althææ, chamæmelii, sertulæ campanæ, lini seminis, foë
nugræci singulorum scincia, amomi uncia tres: hæc
macerantur in uini Ascalonii aut Cilicis sextariis octo,
per triduum coquunturq; ad melleam spissitudinem,
deinde succi libræ quinque cum olei ueteris libris qua-
tuor & semisse decoquuntur, quo usq; modicū succi sue
rit relatum, adiiciuntur butyri uncia sex, resina terebin-
thina uncia quatuor, adipis anserini uncia quindecim
medullæ ceruinæ cum momento olei laevigatæ uncia
quinque, ceræ tractæ libræ tres.

LYSIPONIVM.

Piperis, castorii, styracis, mastiches, aloes, inulae campas-
næ, jridis, singulorum uncia quatuor, euphorbii, costi,
gutta ammoniaci, myrræ, sampuncti, thuris, cyperi, cas-
siæ fistulæ, cachry, singulorum unclæ tres, adaræ, amio-
ni, bdellii, xylobalsami, singulorum uncia duæ, malos
bathri, spicæ nardi, pyrethri, croci, singulorum uncia, os-
pobalfami libra nardini, cyprini, gleucini, singulorum lis-
bre duæ, ceræ libra.

ACOPON A EOEDO ODO,

re dysodes appellatum, ex opere
de cōpositione medicamen-

torum cata genos.

Ceræ, resinæ terebinthinae singulorum denarii uiginti,
quatuor, galbani, suffuminis ammoniaci, singulorum
denarii sex, *olei heminæ duæ, medullæ ceruinæ dena-
rii octo: utitor mero & diluto.

ALIVD DYSODES.

Resinæ terebinthinae denarii sedecim, ceræ denarii ui-
gintiocto, cespipi, mellis, singulorum denarii sex, medul-

*Galenus
olei uete
ris.

læ eeuinæ unciaæ sex, stillæ ammoniacæ, galbani, apha-
nitri, baccarum lauri, singulorum unciaæ sex, olei ueteris
sextarius, uini cyathi duo, quidam etiam castorii dena,
rios treis admilcent.

S BAR B A R I C V M DIA EUPHORBIV,
ad coxendicum dolores, & alia pleraque.

Oponanacis uncia, ceræ tyrrhenicæ libra, resinæ tere-
binthinae libræ duæ & semis, galbani uncia, stillæ am-
moniacæ unciaæ duæ, euphorbii, castorii, piperis albii sim-
ilarum unciaæ duæ, medullæ ceruinæ unciaæ quatuor,
cespitanitundem, lemnestidis (est autem adarce) semun-
cia, olei styracini, laurini, irini, amaracini, singulorum un-
ciaæ sex, olei ueteris libræ duæ, hedychroi, unciaæ sex.

A C O P O N C V I N O M E N

est pixis.

Resinæ colophoniæ sesquilibra, resinæ terebinthinae uh-
ciaæ octo, guttae ammoniaci unciaæ tres, thuris unciaæ no-
uem, olei ueteris libræ duæ, succi lini seminis libra, lastis
uaccini tantundem, ad/pis anserini unciaæ sex, butyri uno
ciaæ octo, ouorum uigintiquatuor albumina, prepara-
tum buxeo uale reponitur.

A C O P O N E X A B I E T E , G A L E N I .

Abietis seminis cocti modius italicus, hoc est sextarii
duodecim, olei libræ quindecim, ceræ libræ quatuor, re-
sinæ strobilinæ aut terebinthinae unciaæ quatuor. Contu-
sum abletis semen, oleo iniicitur. Vbi quadraginta die,
bus in eo si ueris, expressum proliictio, mixtis reliquis us-
titor, ad labores spontaneos, resolutiones, & articulorū
perfrictiones. At si necessitas urgeat coquere oportet se-
men abletis cum oleo tuixtum, ne nimium aduratur, &
aquaæ sextariis quatuor, idq; in podagrificis, & articula-
tiis affectibus.

A L I V D A D I D E M .

Olei heminæ uigintiquinque, id est sextarii duodecim
& seminis fructus abietis modius, hoc est libra seminis, res-
inæ abiegnæ libræ tres, strobilinæ uel terebinthinae

PAVL I REGINET E

libræ tres, cera libra.

ACOPON EX NIGRA POPV

lo, dia Ægyros dicitur, ad eadem.

Loco fructus abietis, nigræ populifructus æqua portio additur, & reliqua simuliter illi præparantur.

VNGVENTVM ZOSIMI

ad tremulos celebratum.

Resinæ piceæ unciaæ sedecim, cerae unciaæ quatuor, o*lei* ueteris libra, opopanaxis unciaæ duæ, adarcae uncia, euphorbiæ tantudem: nitri unciaæ quatuor, aphronitri teneri totidem: nitrum, euphorbiuum, adarce cum uino laeuigantur, deinde adiicitur opopanax, simulq; in laeuo rem tertium, seorsim autem quæ liquati possunt, cum anchusa ad colorem accipiendum eliquantur, refrigerata excipiuntur.

DROPAX GALLVS ORIBASII.

Resinæ colophonie quæ thus redolet, piceæ & lignosæ dictæ quæ sola in Italia nascitur, apochymatis, picis aride, cerae, singulorum libræ quatuor, resinæ frictæ un-

* Orib. If
bræ duæ.

† Orib. ad
dit, zingi,
beris un-
ciaæ duæ.
* Orib. fel
quipodo.

Resinæ *quindecim picis brutiæ libræ duæ, nitri libra, bitus minis, galbani, adarcae, pyrethri, singulorum unciaæ sex, opopanaxis, euphorbiæ, ueratri albi, piperis, singulorum unciaæ quatuor, sulfuris uiui unciaæ tres, castorii, amomiaci, uue passæ sylvestris staphis agria dicitur, singulorum unciaæ duæ, olei fiscyonii libra, opobalsami unciaæ sex. †

ALITER SIMPLEX.

Cerae pondo, picis siccæ *pondō, picis, brutiæ pondo, resinæ piceæ selsquipondo, frictæ pondo & quadrans, loco prius nitro extenso imponitur.

Q VOMODO SINAPISMVS FIAT.

Ficus siccatae pridie in aqua tepida macerari debent, die in sequenti probe expressæ ualenter laeuigari, deinde a*cre* sinapi, cui usmodi est syriacum ægyptiumq; priuatum conteri, diluto illarum affuso, factaq; massa adiisceri, & si quidem uehementem sinapisimum voluerimus inducere,

inducere, partis duas sinapis cum una fuscum tempore
tabernus: si imbecilllem, econtrario: si medicorem, et
qualevis. Cæterum sinapi ante quam deteratur, aceto co
madescens, ut nonnulli faciliat, languidius evadit. At
sinapi ablato, etiam balneum utile est. Si dolor uehemens
rubore accesserit, & pustulae, linteolum succo malvae
aut fenugraci cum rosaceo madefactum imponemus,
deinde rosaceo cerato cum certa utemur. Verum in
resolutis in quibus sensus labefactus est, cura adhibes
bitur ut sepius partem retegamus, inspiciamusque. Quia
enim admota non percipiatur, saepè immodice exusti sunt.
Item capratum fimus cum aceto illitus sinapi est efficac
ior, & præsertim in coxendictum doloribus.

ACOPON EX ATRAMENTO LIBRA
rio, cutis ruborem peculiariter inducens, idque pos
tissimum in his quibus altera capitum pars do
let, ex commentariis Alexandri.

Euphorbiæ atramenti librarii, singulorum drachmæ qua
tuor, myrræ troglodyticæ, crocomagmati, piperis alio
bi, singulorum unciae tres, croci drachmæ duæ, aceti
quod satis est: ad hæc probe leuiganda, utque spissitudo
fordibus similis ipsi fiat: quo facta illines, à media super
ciliorum parte incipiens, adusque tempora tota, præser
tim si æger pilis careat: ubi refrigerata fuerint, rursus illo
lines: & quum præsidium bene profecerit, in balneum
hominem deduces.

QVOMODO DIVERSA OLEI ET
unguentorum genera conficiantur. Cap. XX.

INUNDIONUM unguentorumque, vel olei generum que
unguenta repræsentent alia sunt simplicia, una olei
specie iniecta, alia composita ex pluribus conflata.
Ac simplicium alia ex floribus oleo incoctis efficiuntur
uerbi causa, rosaceum, chamæmelinum, susinum. Que
dam ex fructibus & seminibus conficiuntur; qdam ex sur
culis quibusdā nempe tutæ, qdā simul cū oleo coquuntur.
At cū nullus florum coctionem accipiat, insolantur

PAV. AEGIN. CCC

PAVLI AEGINETE

potius uerum si uaidā odoris gratiam repräsentent et
 pluribus diebus constantem, ex insolatu tenuius ipso &
 oleum magis q̄utile redditur, quemadmodū rosaceum
 & chamæelinū. Q uia inualidiores sunt facilius q̄; dif-
 fari possunt, minus insolatum tolerant, ut quoq; virtus
 prōpte euanescat, ut pote liliū & uiola. Ex iis q̄ fructibus
 & seminib; constant nōnulla illis integris oleo iniectis
 conficiuntur, ueluti melinum, nōnulla cōtusis uel lauiga-
 tis, oleamine ipso & sequestrato, uel expressis iphis in cōs-
 chulas: uel ex aqua calida, sic ut ipsa discernerentur, ex ē-
 pli causa, caryinon, sefarinū, amygdalinū, lentiscinū, lau-
 tinum, ricinū, raphaninū, atq; elius notæ alia. Potrō q̄
 ex stirpibus odoratis cōponuntur, p̄parari potissimum
 solent, illis oleo incōstis cum uino uel multo uel aqua,
 atq; eisdem deinde exemptis. Liquoribus aut quibusdā
 oleo cōtemperatis interim & adipibus uel medullis, ex
 huiusmodi aliquo exactā olei spissitudine fortita, simpli-
 citer sermone unguēta uel inunctiones noīantur, ut gleuci-
 nū, nardinū, sicyoniu & cyprinū. Sunt q̄ acopa crassitudi-
 ne repräsentent, cera aut resina aut eiusmodi appiam re-
 cipientia, uocantur q̄, myracopa, ueluti decamylon, ama-
 racinum, atq; his similia. Iā uero aliqua una uice coquū-
 tur, q̄ nō diuersam recipiūt materiam, sicuti metopion,
 mastichinum, sicyoniu, aliq̄ duabus tribusve & quatuor
 inlectionibus. Primum cōtumaciorib; incōstis, ut diaspa-
 latho, palmea rudicula, thure arbore, lauro: inde aroma-
 tis, phyllo, spica nardi, amomo, herba sabina: postremo
 liquorib; adipibus & medullis. Si aut eueniat, cera quoq;
 & resinis inditis. At balsami liquor neutriq; cogunt, sed
 post absolutā coctionē unguento mediocriter refrigerato
 instillatur, imo ex iphis unguentis sunt q̄ nullā cōctio-
 né recipiant, sed tr̄n milceant, quale est mendesium. Nō
 nulli uero viride unguentum reddere cogitantes, ubi ab
 igne susculterint, in olei sextarium intingunt, æruginis ras-
 sa in exactum detritæ lauorem scunciam, inuincen-
 tes, quemadmodum in cyprino & amaracino. Cæteræ

Simplicia q̄dem unguenta specietum q̄ in ipsa mittuntur naturam uel eorum ex q̄bus contusis facta sunt, obtinet ut oleum ueluti materiæ rationem obtineat. At q̄ uariā magis cōpositionem sortita sunt, tota eorū natura ad ea lidi inclinata est, sed quædam ualide calefaciunt emolliuntq; ut etiam articuli recenti cicatrice obductis & simi bus eorum infarctis conueniant, ueluti metopium, mendesium, marciatum: mediocrius autem est pentamyrion, quemadmodum decamylon ualentius ut etiam sūma rodat: mediocriter autem calida tenuiāq; dico. At uero modice calida extenuant, leniunt & concoquunt, quale est susinum, amaranthinum, irinum, crocinum, foliatum. Alia præter quām quod calefaciunt, abunde siccant incidentq; ueluti cyprinum & sycionium. Alia calefaciunt quidem insigniter, sed uires magis confirmant, unde stomacho potissimum & uisceribus resolutis cōpetunt, qualia habentur mastichinum, nardinum & gleuchinum. Valentius adhuc corroborat, quod ex acore cōficitur. Iam nonnullis unguentis ob gratum duntaxat oīdorem utuntur, ut foliato spicato, commageno & quæ moschelæa, quasi dicas, ex musco & oleo confecta nun cupantur.

ROSACEI CONFECTIO.

Rosarum rubrarum detractis unguibus refrigeratarum die nocte q; una, unciae tres, olei omphacini sextarius, uena diligenter constricta ne perspirent, insolabis sub diebus quadraginta, atque sic repones non in paucimēto, sed assere. Aliqui uero, uice insolatus in puteum uram diebus quadraginta mittunt, ut ex frigiditate odoris gratia cōseruet. Alii uero ipsam sub terra defodiūt,

CHARMELINON.

Chamæli floris citra alba folia refrigerati, per diem noctemq; unam olei sextarius Italicus, uase linteo simplici cōfecto ut perspīret, insolatur, idq; diebus quadraginta, inde secure hoc percolatum repones.

ANE THINVM.

CCC ii

PAVLI AEGINETE

Anethi uiridis comæ refrigeratæ uncia, olei dulcis sexta
tius Italicus. Simili modo insolantur, sicut autem & pro
temporis ratione anethinum cum insolatus desideratur
siccum anethi comam decoquentes cu[m] oleo in caca
bo utuntur. & chamæmelino similiter: ueris hæc imbre
ciliora sunt iis quæ ex uiridibus sunt & p[ro]pter certim insolatis

LILIACEVM, ALII SVSINVM
dicunt, quod in suis forsitan reperiatur.

Folio & albo liliorum similiter refrigeratorum uncæ
duæ in olei sextarium Italicum coniectæ exacte circu[m]
stringuntur, ne euaporent, & per triduum insolantur, inde
primis exemptis projectis q[ue]d; alii duæ uncia iniiciuntur
per triduum subsequens, atq[ue] sic reponuntur.

SVSINVM COMPOSITVM.

Olei sextarii tres, calami odorati librae quinq[ue], myrræ
uncæ quinq[ue], cardamomi librae tres, lili folior[um] unguis
bus ablatis refrigeratoris libra, cinnamomi uncia tres,
croci cilicij uncæ quinq[ue]: tota cōfectio tribus infectioni
bus distinguenda est. Primum myrra & calamus odo
ratus, uino ad dies quinq[ue] macerata ter die mouentur, in
de oleo modice incoquuntur, deinde cardamomū aq[ue]
maceratum triduo mouetur, similiter q[ue]d; rursus cum o[le]o
ad horā unam incoquitur, inde exemptis tertiam li
lorum partem oleo puro inseremus, tribus dieb[us] post
his quoq[ue] exēptis rel[ax]a: qua liliorum tertia portio immittitur.
iterum q[ue]d; post triduum exēptis projectis q[ue]d; primis, pos
stremo tertia pars cum croco laevigata iniicitur. Secun
dum alias tres dies ablato oleo cinnamomū contusum
indetur. Huius in uicē, Arnabo, aut carpesiū, aut casia
duplicatum, atque reponetur.

VIOLACEVM.

Violaceum præparant, modo purpurearū, modo cro
tearū, modo candidarū violarū foliis ungue defecto,
trilium uncias, pondere coniectis in olei omphacini sex
tarlos quinq[ue] Italicos: circuistricta exacte, ne p[ro]spirent ad
dies decem insolantur, tertio q[ue]d; eadem mutantur ad tri-

duum, quemadmodum lilia: ad repositionem autē pauca iniiciunt exacte arida.

M E L I N V M.

Hoc efficitur ex malis cotoneis extrinsecus panniculo involutis, & in frusta cum suis corticibus dissectis, deinceps de uncis termis illorum, in decem olei omphacini sextarios Italicos coniectis, atque quadraginta dies insolatis.

S E S A M I N V M.

¹⁰ Sesaminum oleum sit, contusis uel laevigatis sesamis, ex pressisq; p; fiscellis in cochleis, oleo ipso seu in aqua calida segregato, uasisq; uiteis reposito.

R A P H A N I N V M.

Eodem modo sit raphanitum in Ægypto, ex semine raphani qui tenuem radicē habeat contuso segregatoq;.

RICININVM, SIVE CICINVM.

¹⁵ Hoc quoque similiter Ægypto sit, ex semine ricini qui croton dicitur, pari modo contuso aut laevigato.

Æ G I R I N V M.

²⁰ Verno tempore oleum sit ægitinum, hoc est ex nigra populo, quum resina circa semē copiosa exilit: etenim grana populi contusa uncis quatuor in dulcis olei sextarum immittunt, diebusq; quadraginta insolant, uel horis tribus in lebete decoquunt, atque sic exempta reponunt.

A M Y G D A L I N V M.

Conficitur hoc quoq; sicut prædictum, amygdalis amaris iisq; puris, contusis, aqua modica irroratis, separatisq; ut comprehensum est: Nonnulli tula amygdala uncis duabus, dulcis olei sextario Italico immissa, in cacabo decoquunt.

A M Y G D A L I N V M, Q V O D E T

metopion dicitur.

Ægyptii huius olei inuentores metopion ipsum nuncupant, quod galbanum recipiat: germen autem unde galbanum nascitur, metopion appellatur. Hæc recipit olei omphacini sextarios uiginti, amygdalarum amaras.

CCC iii

PAVLITÆGINETA

rum libras duas, cardamomi libram, iunci rotundi flo-
ris, calami odorati, carpobalsami, singulorum libram,
myrræ, galbani, singulorum uncias sex, resinæ terebin-
thinae, libras duas, uini odorati ad arida imbuenda sex
tarios quatuor, mellis attici libras treis: resinam & galba-
num in leuorem redacta ex olei parte soluta, reliquis in
coatis adiiciemus, necnon ipsum mel: Mixta uero accus-
rate omnia ab igne tollentes, quum tepidum est medicamen-
tum eximimus, nam refrigeratum concrescit.

BALANINON.

Balaninum oleum perinde ut simplex amygdalinum p-
aratur, ex querneis glandibus.

CARYINVM.

Hoc quoque ut supra dictum ex uetustis nucleus cons-
titutur.

LAVRINVM.

Purum quidem laurini simili ratione & lauri fructu co-
fit, mixtum uero haec recipiet: naturarum oliuarum sex
tarium, cum duobus baccarum lauri miscemus: teru-
tur omnia exprimunturq;. Nonnulli æqualem ambo-
rum portionem miscent.

LENTISCINVM.

Lentiscinum oleum laurini modo ex lentisci semine co-
stitutur, idq; bifariam & per se, & cum oliuis immaturis

MASTICHINVM.

Mastichinum simplicissimum quidem fit, chia mastiches
uncia, omphacini olei sextario Italico immissa, excocata-
q; in cacabo. Nonnulli uero absinthii & styracis, singulo
tum unciam adiungunt.

MASTICHINVM MAGIS VARIVM.

Olei sextatii quinquaginta, iuulæ campanæ libræ quinq;
xylobalsami libræ decem, iunci rotundi floræ libræ qn-
que, cardamomi libræ septem, mastiches libræ quinq;
xylo mastiches libræ octo, resinæ terebinthinae libræ tres
absinthii comæ libræ, uini odorati sextarii quinq; aq; sex
tarii decem, arida uino ante tertium diem macerata oleo
miscentur, & aqua horis sex coquuntur, ac mastiche &

Cerebinthina iniicitur: accurate mixta excipientur: refrige-
rata transfunduntur.

SICYONIUM SIMPLEX.

Radix cucumeris sylvestris refrigerata duarum unciae
pondere in oleo sextarium italicum mittitur, atque in leo-
bete coquitur, fitq; sicyonium.

SICYONIUM COMPOSITVM.

Olei sextarii decem, cucumis sylvestris radicis deraſat
ponto, serpilli, sertulæ campanæ singulorum unciae sex
tedarum piceæ pinguium, althææ, singulorum unciae sex
quinq; scolopendriæ uncie sex, fœnugræci sextarii duo.
Fœnugræcum aqua primum die uno prius commixta
descet, deinde exemptum inditur commemoratis unà
cum oleo, & uini sextariis duobus, omnibusq; incotis
adiiuntur medullæ ceteri cum momento olei laevis
gatae unciae quatuor, adipis galinarum totidem, rursus
exceptum oleum in aliud uas transfunditur. Nonnulli
ipsum post coctionem diebus quadraginta insolant.

ALIVD SICYONIUM EFFICACIVS.

Elateri succi sextarii tres, aristolochia Lrotundæ & lō-
ge, stryacis, inulae campanæ, hysopii, iridis, cucurbitæ syl-
vestris, pulegit, origani, cyperi, thuris arboris, centauri, fo-
liorum lauri, singulorū unciae duæ, olei sextarii quinq;.

Mista incoquito dum parum succi relictum fuerit.

CYPRINUM EX COMMEN-
tariis posidonii.

Olei sextarius, iunci quadrati, inulae campanæ, iridis, sin-
gulorum libra, sampuchi, hysopii, ulicis feminis, eleli-
phaci, singulorum unciae tres, iunci quadrati floris libra.

Reliquia omnia pridie in uino macerata coquuntur cū
oleo horis sex. Excepto oleo puro, iuncus quadratus in
iicitur. Si quicquam adsit, uiridis cum teneris virgultis non
cōcisis: sin minus certe aridus cōculus cū aquæ momen-
to coquetur seſquihora. At si uoles ipsum tingere postq;

ab igne fuerit ablatum, indito æruginis puræ seſquihora.
Posidonius aut acrimoniam æruginis uitans, à coctione

PAVLI AEGINETÆ

(inquit) triduum dimittes oleum in cacabo bene humido: & tingetur, ita ut uirtus ipsius non offendatur.

ALIA SCRIPTURA CYPRINI.

Cyperi foliorum, lauri foliorum, iridis, cyperi, elei sphæri, singulorum quadrans, thuris arboris, aristolochiae logæ, uiticis semenis, singulorum triens, inulae campanæ, aspalathi, singulorum unciaæ sex, rutaæ unciaæ duæ, cupressi unciaæ duæ, olei sextarii decem. Hæc prius uino mafacta, incoques oleo. ubi exemeris iniice rufus xylobalsami, xylocasianæ singulorum uncias quatuor, sampsuschi, cumini, myrti, styracis, mastichæ, singulorum uncias tres, opopanacis uncias duas, junci quadrati floris uncias sex, et ruginis unciam.

MARACINVM.

Inulae campanæ pondo, xylobalsami libræ uiginti, cyperi libræ octo, iuncæ rotundi floris, aspalathi, herbæ saginae, singulorum libræ octo, opopanacis, amaraci seminis, singulorum libræ duæ, olei primi meriti sextarii duo, uini odorati sextarii quinque. Alia omnia superius dicta primam injectionem habent uino prius macerata, secundum herba fabina, atque illa quidem horis sex incoquuntur, hoc autem tribus nonnulli etiam hoc tingentes, et ruginis uncias tres iniiciunt.

IRINVM.

Iridis, aspalathi, cyperi, singulorum libræ quinque, opopanacis uncias tres, anchusæ unciaæ duæ, olei sextarii triginta, aquæ sextarii quindecim. Sunt qui adilicantur iuncti rotundi floris uncias sex, casiaræ uncias tres, xylobalsami uncias sex, nardi gallicæ, tantundem, omnia contusa aqua pridie macerantur, inde oleo diebus quinque incoquuntur in lebete ad sex horas: reponiturq; unguetū.

CROCINVM, IN QVO ET ALI

tetus crocomagnatis conjectura explicatur.
Olei omphacini odorati libra, calami odorati, myrræ troglodyticae singulorum unciaæ quinque, cardamomi unciaæ septem, croci ciliicæ unciaæ sex, primum iniciatur

calamus & myrrha uino lauigata, & ante unciae modo
reposita, plperis albi grana quadraginta, myrrhae tres
glodytice drachma, unsa, cibrataq; teruntur rursus in
mortario adiecta olei nardini libra. ut autem medica
mentum reddatur nigrius, nucum cortices combustos
detritosq; in mortario adiicito: inde opobalsami co
chlearia tria, ceræ sesquilibram admisceto.

DE OENANTHAR IIS. Cap. XXI.

Non quod oenanthen, hoc est labruscae florem
habeant hæc (nonnulla, n. ne oenanthen quidem
recipiunt) sed ex uino & flore illiorum nomen
hoc fortita sunt, usus oenanthiorum apud quosdam
odoris gratia duntaxat & deliciarum adhibetur, si ut q
eis utuntur, à lauacro perfundantur: & mensæ ipsis per
spongiam oblinantur. At apud eos qui recte utuntur, e
tiam sunt præsidia tum in resolutis, tum in iis quos lym
cope premit, si roboraibus stomachi cataplasmatis ad
mitteantur. Item in iis, qui se à morbo præsertim febri
li reccollunt, ubi lauacro egrediatur per totum corpus
diffundentur: naribusq; admovebuntur, adhuc spirantib
us. Trahuntur enim in altum, & spiritum animalem ui
talemq; confirmant. Ad hæc utilia sunt ad morbum pes
stiferum uitandum, cum eiusmodi mutationem aer sus
tinet. Refertur autem huiusmodi unguentum ad Pos
donium authorem, à quo uocatur mesopotamenon.

OE N A N T H I N I C O N F E C T I O.

Cassia, myrra, thuris, phylli, amomi, mastiches, costi,
carpobalsami, opobalsami, singulorum unciae tres, styra
cis pinguis unciae quatuor, uini odorati aminali, Italici
sextarii decem, contusa omnia cibrataq; styracem uero
minutum concilium componito in urnam oris ampli, cu
foliis foliorū pridie refrigeratorum, è domo una in al
teram & ungubus detractis: sint autem lilia numero *.
deinde uinu adiicitur, & opobalsamu: mista, cōmotaq;
ante injectionem, & constricto urne ostio quadraginta
diebus insolantur. Balnei usus est in uiriū ex morbo res

PAVLI AEGINETÆ

creatione. Domus irrorabitur unguento, uasaq; & spongia intinctæ facie admouentur.

A L I A C O N F E C T I O , N O S T R A .
Costi uncia tres, spicæ nardi, arnabo, caryophylli, singulorum uncia, amomi uncia tres, cassia, œnanthes, calasini, singulorum uncia nouem, styracis, opobalsami, singulorum uncia quatuor, lilia trecenta, uini falerni sextarii decem, Simili modo præparatur.

DE SVFFIMENTIS ET CYPHI. C.XXII.

CYphis materia inter medicamenta qua potui datur & antidota existit, usus est eius incēsi ad odorem gratum concilandum, quemadmodum & suffimimum. Interim naribus admouetur, ut destillationes ex capite in subiectas partes concoquat, grauedinesq;, & obstruktione liberet, purgetq; cerebri uentriculos, itē pestilentialibus morbis euitandis. Iam per os quoq; alsumitur, tum ad hæc, tum ad ea qua pectori inhærescunt concoquenda: necnon ad frigidiores iecoris affectus, unde & Cyphoide appellata antidota ueteres inueniunt. Misctur autem compoſitiis medicinis, præcipue epithematis & antidotis.

R O S A T U M S V F F I M E N .

Costi, amomi, myrræ, cassia, singulorum uncia, styracis, chiz, bdellii, conchulae Indicæ, musci, ladani, singulorum drachmæ duæ, rosarum purarum uncia uigintinouem, opobalsami *, uini quod sufficit.

S V F F I M E N L I L I N V M : Q V O D
crinaton dicunt.

Liliorum ungue desecto libra, styracis primæ notæ, una eis uouem, spicæ nardi, uncia tres, costi, caryophylli, amomi, mastiches, conchulae indicæ combustæ, mellis, singulorum sesuncia, opobalsami uncia quinq; uini quantum satis est. læuigata coguntur in pastilos.

C Y P H I M A G N U M Q V O D V O C A N T
solare, ex rebus tritigintosex confectum.
Styracis, myrræ, ladani, aspalathi, inulæ campanæ, singu-

LIBER SEPTIMVS.

390

lorum unciae sex, nardi gallicæ, phylli, cupressi seminis,
 gutta amoniaci, strobili splanchni aut loco ipsius cons-
 chularum indicarum maiorum carpobalsami, singulo-
 rum unciae tres, cassia, iridis, seselis, sphagni, cyperi, car-
 damomi, calami odorati singulorum uncie quinque, ro-
 satum siccaturum, croci, spicæ nardi, herbæ sabinæ, hastis
 lœ regiae radicis, (alii succi) singulorum unciae quatuor,
 lacapthi, hoc est piceæ corticis uel alterius cuiusdam
 arboris unciae nouem, costi, lunci rotundi floris, singulo-
 rum uncie duæ, juniperi maiores quadraginta, minores
 quinquaginta, amomi, resinæ terebinthinae palmularum
 purarum, singulorum libra, sicutum siccaturum granis ex
 emptis, uuarum passarum acinis ablatis singulorum li-
 bræ duæ, mellis despumati libræ quinque. Posidonius
 etiam uini odorati sextarios treis adiicit.

ALIVD CYPHI, QVOD REBUS VI-

gintiocto constat. Junare appellatum.

Bellii, inulae campanæ singulorum unciae septem, iuns-
 ti rotundi unciae duæ sphagni unciae quinque, juniperi mi-
 nores quinquaginta, cardamomi uncie quinque, aspalathi
 unciae septem, cassia fistulae unciae quinque, spicæ nardi
 unciae duæ, cyperi unciae quinque hastulae regiae radicis,
 herbæ sabinæ singulorum unciae quatuor, cupressi se-
 minis, nardi gallicæ, malabathri cum foliis, rosarum sic-
 carum, singulorum unciae tres, costi, croci, singulorum
 unciae duæ, ladani, myrræ, singulorum unciae septem,
 caricarum pinguium, uuarum passarum, acinis exemptis,
 singulorum librae duæ, strobilorum unciae octo, resinæ
 terebinthinae libra, styracis uncie septem, palmularum pi-
 guium libra, mellis libræ quinque, uini odorati quantum
 latiss est.

CONFECTIO MASVCHÆ, QVOD

nonnullis masuaphion vocatur. C.XXIII.

M Eiloti sextans, xylobalsami, aspalathi, herbæ sa-
 binæ, myrræ, amomi, lunci rotundi floris,
 foliorum lauri, myrræ stillatitiae, styracis, calami
 odorati, samplochi, singulorum unciae duæ, iridis unciae

PAVLI REGINETA

quinque, phylli, croci, singulorum uncia, oprobalsami se
muncia, guminis libra, rosarum siccarum unciae sex, uini
quantum sufficit.

EX COMMENTARIIS ANTYLLI,
de pessis.

Cap. XXIII.

Per mulierum locis admouentur, cæterum genitales ipsorum differentiae tres existunt, alii si qui dem emolliunt, alii astringunt, alii aperiunt. Emollientes inflammationibus ute*i*, exulcerationi, perfectio*n*i, strangulati*u*, auersioni & inflationibus accommodantur. Fiunt autem ex cera tyrrhenica, cyprino, lusino, pins*guedine* anseris aut gallinæ butyro insulso, resina deusta medulla ceruina, foenu græco, & quæ sunt eius generis. Aperientibus utimur, quum purgationem suppressam irritare statuimus, aut uulua coniuentem compressam ve emendare. Preparantur hi ex melle, artemisia, dictam, brasica, succo dulcis radiculae porro, succo ruta, scamanria, & similibus. Astringentes in contrarium aperientibus usum exhibentur, nam fluxum muliebrem cohibent, & suspensum contrahunt uterum, prolapsumque reprimunt. Materla vero astringentium prius in capite de collyriorum etiam modo comprehensa est. Cæterum conuenit pessi crastitudinem instar strigamenti & paulo spisiorum facere, deinde lanam linamento tortili similem, duplicitam in medicamentum tinctam ori uulua condere, sic ut stuppam plögani habeat alligatam quo pessus facile posset extrahi quando uisum fuerit.

PESSVS CROCODES, AD INFLAMMATIONES, ANERFIONES, DURITIAS, & INFLATIONES.

Ceræ tractæ, medullæ uitulinæ, singulorum denarii sex, decim, medullæ ceruinæ drachmæ undecim, adipis anserini drachmæ octo, adipis gallinæ drachmæ octo, mastiches drachmæ quatuor, hyssopi medicamenti drachmæ tres, mellis drachmæ duæ, croci drachmæ octo, rofaciei quod satis est: crocus lacte muliebri laevigatur.

PESSVS AB AVREO COLORE DIC
tus chrysos emolliens, laudatus sumus.

LIBER SEPTIMVS.

393

Croci denarius, celsy pitantundem, medullæ ceruinæ de
narii duo, resina terebinthinæ, ceræ, adipis anserini, singu
lorum denarii tres, ouorum tostorum lutea sedecim tri
næ & rosacei quod satis est ex æquo.

¶ PESSVS LIBANIVS, MENSEIS EVO⁹
cans & uulue uitiae singulariter accommodus.

Nardini unguenti uicæ sex, ceræ tyrrhenicæ uncia qn
que, fusini unguenti uncia quatuor, adipis suilli recentis
uncia tres, anseris & gallinæ adipis, medullæ ceruinæ, a
maracini unguenti, singulorum uncia duæ, seu taurini,
resina terebinthinæ, celsy p, singulorum uncia: ebete elio
quantur, omnesq; reliqui pesi.

ENNEAPHARMACVS.

Rosacei ungueti, ricinini, resina terebinthinæ ceræ, mel
lis, adipis anserini & bouilli, medullæ ceruinæ & butyri
pares portiones.

TITIANVS EMOLLIEVS.

Ceræ uncia sex, resina colophoniacæ uncia quatuor &
semis, seu taurini uncia quatuor, guttae ammoniaci tan
tudem: ammoniacum aqua solutur.

PESSVS AEgyptIA.

Mellis, resina terebinthinæ, butyri, rosacei uel fusini, cro
ci, singulæ partes: in quibus aut inflamatio abest, & for
didis, æruginis dimidiata addunt.

GONE AD CONCIPIENDVM.

Butyri uncia sex, hyssopi medicamenti, medullæ cerui
næ, adipis anseris & gallinæ, resina terebinthinæ, aloes
singulæ uncia tres, ceræ tyrrhenicæ uncia sex, rosacei
librae duæ, myrræ, cassiae, singulorū uncia duæ, spicæ
nardi uncia, mellis quod satis est.

DE MEDICAMENTIS INVIS

cem alternatis ex commentariis Gal
leni. Cap. XXV.

¶ IN Alexandria (inquit) muliere quadam morbo pe
ricitante, cum quæsiitem lychnidem, nec eius fullo
ser data copia, nisi peritus uice lychnidis usus fuisset

PAVLI REGINET

acanthii semine, periisset mulier. Vnde rogatus ab amicis ad hanc alternantium inuicem medicaminum expositionem ueni, iuxta literatum seriem exor. us.

Vice acanthii semiinis, lychnis.

* Aliud ui
ce huius
ponendū
uideatur.

* Aromatum calamus odoratus.

Aloes indicæ, aloes urtidis folia uel glauciæ, uel firmus ciconiæ, aut lyzion, aut centaurium.

Hallicabri, solani semen.

Bituminis, pix liquida brutia.

Aconiti, iridis sylvestris radix.

Absinthii, abrotanum.

Opobalsami, liquor myrti.

Abrotani, origanum.

Calcis uiuæ, adarce.

Anchusa, hyacinthos.

Salis ammoniaci, sal cappadocicus.

Auripigmenti, sandaracha.

Acanthæ, cerasiorum acantha.

Amyli, siccus pollen.

Gutta ammoniacæ, propolis.

Aspalathi, ericæ fructus.

Aracis, sesamum.

Amygdalorum amarorum, absinthium.

Armeni, atramentum indicum.

Actes, acantha.

Agarici, euphorbiun.

Argemones, seriphon.

Hastulae regiæ radici, betæ succus.

Semperiuii succi, lactucæ succus aut folia.

Amianti, aphroseliton.

Aspalathi, uiticis semen.

Athiopicæ oleæ, lachrymæ acaciæ partes duæ.

Asii lapidis, galactites lapis, uel sal ammoniacus compositus.

Salis ammoniaci, cappadocicus.

Adipis uulpiæ, adeps ursinus.

- Populi nigræ surculorem, sampychus.
 Buprestis, blattæ pendentes.
 Butyri, lactis bouilli concretum.
 Balsami liquoris, stillatia myrrha.
 Edellii, sphagnus odoratus.
 Gentianæ radicis apium odoratum.
 Terræ samiae, leucographis ægyptia.
 Terræ erethriados, calx thebaica.
 Gongylidos, heliotropium.
 Dulcis radiculæ succi, succus sycamini.
 Gruis simi, columbae simus.
 Terræ teneræ, plumbago.
 Dorycnii, alterci semen.
 Dictamni, elelisphacus.
 Baccatum lauri, serpylis fissa,
 Dauci, semen sii.
 Diphrygis, lapis phrygius.
 Dracunculi, androsemon.
 Elelisphaci, nepita.
 Oleæ lachrymæ, hipocistidis succus.
 Serpylli potamogiton.
 Eruca seminis, erysimi semen.
 Elaterii succi, eiulsdem herbæ succus.
 Erysimi seminis, radix lanaria.
 Ericæ fructus, galla omphacitis.
 Ebeni, lotinon aridum.
 Erini foliorum, finus ciconiaæ.
 Ebisci radicis, folia mori.
 Veratri nigri, radix papyri.
 Enneaphylli, potamogiton.
 Olei ueteris, duplicatum oleum coquitur cum adipe
 suillo ueteri.
 Zingiberis, pyrethrum.
 Thapsiaæ succi, chamæleontis nigri succus,
 Thapsiaæ, elydion.
 Thermuntiadis, lycopulos.

PAVLI REGINET

- Sulfuris uiui,sandaracha.
Æruginis ferri,scoria ferri.
Visci quernei,chamaeleon niger.
Iridis illyrica,elenium odoratum.
Cinnamomi,cassia duplcatum.
Cassiae,brathæ aut manne,cinnamomum.
Cyperi,juniperus maior.
Cardamomi,cyperis ammoniaca.
Costi,cedri baccæ.
Baccarum cedri,ladanon.
Calami odorati,sphagnos.
Croci,crocomagna.
Crocomagnatis,aloe indica.
Castorei,blattarum foetentium intestina.
Cadmia,leucographis ægyptia.
Crocodili adipis,canis marini adeps
Cicutæ seminis,coriandrum.
Cantharidum,phalangia.
Cnidii seminis,uiticis semen.
Hederæ,liquor persicus.
Gallæ,fordes gymnasiorum.
Capparis radicis,ericæ fructus uel myricæ.
Fimi palumbi,fimus columbae.
Ceraunini,leucographis.
Coralli,moly.
Fimi zluri,fimus ichneumonis.
Cinnaberis,rhodoides.
Cumini,brasicæ semen.
Clinopodii,heliotropium.
Nepitæ,sylvestris menta.
Cucurbitæ sylvestris,semen ricini quod est
erotonis.
Cotyledonis,anacardium.
Colophonia,apochyma.
Rubi canini,halicabæ semen.
Crinanthemi,aphrodisium.

Comui,

- Comari,gutta ammoniaci.
 Pumicis,terra Cretica.
 Cypheos,carica usta.
 Buccinorum ostrea.
 Cardamomi,cyperus uel myrtus.
 Cerę,lomentum,cum propoli coquitur teriturq;.br/>
 Thuris,terra ampelitis.
 Lathyridum,coccum gnidulum.
 Lepidii,erythrodanum.
 Lapidis asii,lapis gagates.
 Lapidis magnetis,lapis phrygius.
 Lapidis phrygiil,lapis argentyritis.
 Libyftici,semen staphilini.
 Lapidis pyritis,lapis pyroborus.
 Leucini floris,radix lanaria.
 Loti semenis,semen betae.
 Lepidii radicis,folia capparis.
 Leporis marini,cancer fluuiatilis.
 Linis semenis,faba succus.
 Lappathi radicis,radix pyrethri.
 Malabathri casfia,uel nardus indicus.
 Mandragoræ succi,dorycnion.
 Myrsinati,liquor mori.
 Mandragoræ oleæ lachryma.
 Mastiches iunci rotundi cor.
 Myrobalani,peuinon.
 Maluae fœnugræcum.
 Mellis,sapa.
 Mannæ thuris cortex.
 Mulcerdæ,mulfelæ æquale pondus.
 Magnesinae uitreat,ptyelum Italicum ,uel stimum part
 thicum.
 Medullæ ceruinae,adeps ceruina uel medulla uitulina.
 Malorum cotoneorum,serula campana.
 Misyos cyprii,ochra cypria.
 Mel,myrobalanus.

PAV. AEGIN,

DDD

PAVLITEGINETRI

- Mororum succi, ruborum folia.
Miliros tosti, diphryges.
Malabathri, trachylus.
Nardi syriaci, iuncus odoratus.
Napi, gongilidis semen.
Xylobalsani, radix uiolæ candidæ.
Lachrymæ papaveris, succus mandragoræ.
Opopanax, lac lycamini.
Liquoris cyrenaici, liquor syriacus.
Opocarpasi, liquor myrti.
Liquoris fici, liquor mori.
Liquoris itæ, liquor hederæ nigrae.
Liquoris rhododaphnæ, uiscus querneus.
Oenanthes succi, amelini arboris succus.
Hormini, lini semen.
Orizæ, hordeacea farina.
Vini rosati, uinum austernum.
Orinthogallorum, anthalli.
Acoris, gallæ omphacitis.
Anacardii, psyche herba.
Liquoris peucedani, dulcis radiculæ succus.
Propolis, ladanum.
Pityocampes, uespæ in cedria.
Piperis, zingiber.
Pterei, eoneuri semen.
Polypodiij, radix chamaleze, aut chamaleontis.
Verbasci, chamaleuca.
Polytrichi, absinthium.
Resinæ piceæ, resina terebinthina.
Rosarum siccuarum, persi folia arida.
Raphanini olei, recinatum.
Rhodocidis, sinopis.
Resinæ colophonizæ, apochyma.
Radicus lapathi, cynara.
Junci odorati, cardamomum.
Cineris cypril, ciuis foliorum oleæ.

GOI

PAVLITEGINETRI

- Myrrhæ troglodyticæ, calamus odoratus.
 Seui ceruinæ, adeps anserinus.
 Adipis suilli, adeps uulpinus.
 Adipis uulpinus, adeps ursinus.
 Lanariae radicis, ueratri nigri radix.
 Satyri, semen eructæ.
 Salamandra, lacerta uiridis.
 Sphagni aromatis, junci roundi elaboratæ.
 Syrici, argenti spuma.
 Recrementi plumbi, recrementum argenti.
 Sampiuchi, thus magericum aridum.
 Sinapis, cardamomum.
 Sagapeni, piceæ resina arida.
 Scammonia, crotones ricipi.
 Strobilorum, cucumeris semen.
 Aluminis, sal fositius.
 Scynchi, satyrion.
 Styumeos contusi, squama æris.
 Iunci rotundi, polygoni radix.
 Recrementi cyprii, melanteria Ægyptia.
 Silymbrii, ocinum.
 Vuæ passæ satiæ, palmulæ syriacæ caro.
 Sandonici abrotanum.
 Sepiae testæ, pumex.
 Serapiadis, pæoniae radix.
 Scyllæ, bulbus.
 Sesamoidis, expressum amaricium.
 Zizami, semen lini.
 Alterci seminis, rubi canini semen.
 Hypocistidis succi, acaciae acanthidis succus.
 Liquidæ picis, opopanax.
 Oesypæ, medulla uitulina.
 Hyacinthi, flos isatidis.
 Hyperi, anethi semen.
 Flocium uini, sandaracha.
 Fuci, anchusa.

PAVLI REGINETA

Phu, sphagnos.

Fellis iuilli, fel perdicis.

Fellis iuperz, fel ichneumonis.

Felis mustela, fel camelis.

Felis camelis, fel alabeta.

Galbani, sagapenum.

Chamaedryos, lapathis sylvestris radix.

Chamæmeli, anthemis.

Cerulæ, recrementum plumbi.

Psyllii, lenticula palustris.

Ocymi, sisymbrium.

Ocimoidis, menta sylvestris.

**DE PONDERIBVS ET MEN-
SURIS.**

Cap. XXVI.

Pondus grauitate mensuram dijudicat, mensuram autem uasculi concavitatem, uasculum uero siccae quantitatis mensura est, aut humidæ, ut tres quantitatibus quæ mensuratur, sint differentiae, una qdem ponderis, altera uero aridæ substantiae qualis ea quæ in cumulum cogi potest, porro tertia humidæ est substantiae. Cum autem multa propeq; infinita sint pondera & mensura, pro regionum diversitate, & utentium consuetudine, de illis quæ omnibus in usu communis sunt, nobis sermo erit præcipuus.

DE NOTIS PONDERVM

& mensurarum.

Quoniam uero nonnulli literis non integris sed notis signisq; eas demonstrant, latius fuerit, ueteres in hac re imitari, & primum characteras ipsos exponere. Primum igitur x litera, cum subscriptum habet alpha, chalcum, hoc est æreolum signat, exempli gratia, x. Si o habeat, choa, quod est congium, x. Si v, chœnicem, x. Si n, chœman, x. At x si e habeat suprapositum, & lineam rectam, quæ per obliquum inferius cornu ipsius secet, ceratum hoc est siliquam notat, ut x. Si v superlectum est, cyathum, x. Si o, cotylam, hoc est heminam, Si uero linea utring,

circuli figuram repræsentet, obolum notat ω . Si duæ
huiusmodi notæ sint, duos signant obolos Σ . Qui
gramma hoc est scripulum factum, prima eius elementa
scribunt addita linea, γ . Duæ autem coniunctæ atq; alte
ra parte in angulum coactæ duobus \times literæ cornibus si
milem ad rectam lineam spectantibus, notant drachmā
quæ alio nomine vocatur olca ζ . proprie uero olca
 ρ & scribitur, cui in medio litera \circ sit addita, γ . Verum
si λ adiectum i habet, libram signat, λ . Nonnulli uero
eadem litera acato secta accentu, idem ostendunt, $\lambda\zeta$.

At cum Γ litera, in ipso sui angulo \circ habeat, unciam deo
notat, μ . Q uod si μ in summo uertice habeat oppositū
minam refert, μ . Si ν , notat mystrum. μ . Si ϵ , medimnū
id est modium, μ . Si σ , modium, μ . Porro & post se has
bens ρ & ν , signat tryglion, $\tau\nu\rho$. At ζ cui iuxta sit positum
xesten, qui est sextarius, ostendit, ξ . Si \circ apponatur, oxy
baphum id est acetabulum φ . Aliqui uero sextarium li
nea recta ζ secans conficiunt, ξ . Sed λ adiectum literæ
 μ , heminam $\mu\mu$ & addita ρ , ceramium ualeat, $\rho\mu$.

DE PONDERIBVS.

Mina attica, & Ægyptia habet uncias sedecim. Rōmas
na uiginti. Libra uncias duodecim, Uncia drachmas ϑ
et. Drachma, habet scrupula tria. Scrupulum, obolos
duos. Obolus, si quis duas, Siliqua, æreolos duos, & du
as tertii partes.

DE MENSVRIS LIQ VIDIS.

Italicum ceraminum habet congios octo, Congius sex
tariorum sex, Sextarius cochlearia duo, quæ nonnulli triblia
nuncupant. Hemina idem tribulum continet, mystra ma
gna tria, acetabula & quatuor. Nam magnum mystrum
habet acetabulum. A cetabulum seu quicyathum habet.
Cyathus, chymas parvas seu mystra parua duo. At si uo
les & ponderum liquidorum mensuram scire, per multe liq
idarum rerum in examine suo differentiae habentur, ut in
olei, uini, & mellis exemplo dicemus. Mel igitur uino
ponderosius quarta parte, itemque decima est: quo sit ut

Alias tria.

PAVLI AEGINETÆ

fere terla ponderis pars melli accedat: capit enim integrum huius mensuram, & insuper trientem. Mel autem oleo ex media parte graulus est: continet. n. totum olei modum, & ultra semissim. Vinum, oleo nona pars sua pereminet, totum. n. ipsius pondus continet & nonam eius partem. Quod autem res fiat dilucidior, ceu exempli, particularium mensurarum pondus subiungemus. Ex quo per ordinem quid communiter haec differant, constitueretur his liquoribus publico consensu perspicuis in usum prolatis, oleo, uino, melle,

	Olei.	Vini.	Mellis.
Italica amphora lib.	72	lib.	80
Congius	lib. 9	lib. 10	lib. 13 & semis.
Sextarius	lib. 1 uncias. 6 lib. 1 uncias. 8	uncias. 13 & semis.	uncias. 13 & semis.
Hemina	uncias 9	uncias 10	uncias. 13 & semis.
Mystrum magnum	uncias 3	uncias. 3. scrup. 8 uncias. 4	& semis.
Acetabulum	drach. 18	uncias. 2. scrup. 12	drach. 27
Cyathus	drach. 12	drach. 12. scrup. 4	uncias. 2 drach. 2
Mystrum parvum	drach. 16	scrup. 20	drach. 9

Oribasius secundum Adamantinum author est, sextarii quidem Italicum uini mensura unciarii vigintiquatuor esse, pondere uero unclarum viginti. cum sextarius mensuræ mellis duas libras, semissim, pendeat.

DE PARIDIS.

Aegyptia artaba habet modios quinq. Modius aegyptius & Italicus chœnices octo. Chœnix sextarios duos Sextarius, semisextarios duos quos heminas uocant. Hemina habet cyathos octo. Atticus medimus habet semisextaria, quæ hemiecta uocant, duodecim. Hemiecta chœnices quatuor. Ita semimedimus habebit minas quadraginta nouem, sextarios nonaginta sex. Huiusmodi autem mensurarum pondus exponere haud facile, quod aridarum rerum infinita iuxta momenta lana, cl rationem differentiae existant.

FINIS.